Qq. 4. 30

EDVARDI BERNARDI

DE

MENSURIS

ET

PONDERIBUS

ANTIQUIS

LIBRI TRES.

Editio altera, purior & duplo locupletior.

BIBL. CANT. ACAD.

OXONIÆ.

E THEATRO SELDONIO Anno DOMINI

CIↃIↃCLXXXVIII.

C4. 4. 39

Imprimatur,

GILB. IRONSIDE

Vice-Can. OXON.

DEC. DIE
XX. 1687.



425:98

EDVARDUS BERNARDUS EDVARDO POCOCKIO S.

Unctarum in natura rerum viciſſitudines, Reverende vir, & mutationem, ſi non aliæ, hæc ſane ratio abunde demonſtrat: Inter tot corpora ſive animantia ſive omni vita vacua, quibus grande illud Syſtema repleri voluit Optimus & adornari, ne unum adhuc inveniri certæ & conſtantis ſemper magnitudinis, aut gravitatis certæ; unde cæterorum omnium Pondera ſimul & Menſuras oporteat æſtimari. Hæc enim duo

ſeſe invicem probant & patefaciunt: quod diu ante induſtriam clariſſimi Villalpandi, Fannius & Hero & alii Veterum docuerunt. Quapropter majores noſtri, ut varietatem mundi ſiſterent, aut ſane modo aliquo temperarent, granis frumenti (nihil etenim magis hominibus notum aut neceſsarium) intervalla rerum quarumcunque, capacitates ponderaque emetiri latis legibus ſtatuebant. Imperite tamen factum & injuria gravi juſtitiæ, quod ii a rebus minimis exempla maximarum ſumſerint. Unde grandeſcere equidem potuit error ab exiguis adeo originibus; menſura vera & æqua porrigi uſque ac perſeverare non potuit. Sive enim rem fori, ſive mores vitamque noſtram bene

æſti-

æstimare ac metiri volumus, è grandibus capienda sunt exempla, e cœlo canon. Concedimus ergo Arabibus nulla invidia pilos suos camelinos, subtiliorem mensurandi normam quam utilem. Domos equidem sexangules, quas per Urbes suas uniformes ac simillimas inter se construere solent apes, cives boni bonæque, laborioſi & architecturæ periti, ceu mensuram Catholicam & super cætera naturæ certiorem, haud immerito commendat vir illustris charusque mihi N. Thevenotus. Neque minus ad hanc determinationem fecerint plantarum arborumque aliquot baccæ, & nuclei nucesve; si id curarent botanici. Quinimo pendulo sapientissimi Galilei, sicut illud horologio jamdudum

ſeſe invicem probant & patefaciunt: quod diu ante induſtriam clariſſimi Villalpandi, Fannius & Hero & alii Veterum docuerunt. Quapropter majores noſtri, ut varietatem mundi ſiſterent, aut ſane modo aliquo temperarent, granis frumenti (nihil etenim magis hominibus notum aut neceſsarium) intervalla rerum quarumcunque, capacitates ponderaque emetiri latis legibus ſtatuebant. Imperite tamen factum & injuria gravi juſtitiæ, quod ii a rebus minimis exempla maximarum ſumſerint. Unde grandeſcere equidem potuit error ab exiguis adeo originibus; menſura vera & æqua porrigi uſque ac perſevare non potuit. Sive enim rem fori, ſive mores vitamque noſtram bene

æſti-

æstimare ac metiri volumus, è grandibus capienda sunt exempla, è cœlo canon. Concedimus ergo Arabibus nulla invidia pilos suos camelinos, subtiliorem mensurandi normam quam utilem. Domos equidem sexangules, quas per Urbes suas uniformes ac simillimas inter se construere solent apes, cives boni bonæque, laborioſi & architecturæ periti, ceu mensuram Catholicam & super cætera naturæ certiorem, haud immerito commendat vir illustris charusque mihi N. Thevenotus. Neque minus ad hanc determinationem fecerint plantarum arborumque aliquot baccæ, & nuclei nucesve; si id curarent botanici. Quinimo pendulo sapientissimi Galilei, sicut illud horologio jamdudum

aptavit ingenium nobile Hugenii, ad tempora distantiasque comprobandas ac definiendas nihil accuratius, perfectius nihil excogitari unquam potuit: si modo Regum & Imperatorum edicta bene inventis auctoritatem, quam merentur, roburq; adderent. Hæc profecto ars nepotes nostros omnes valde quam juvabit: antiquam tamen stathmicam neque emendabit neque deteget. Veteres idcirco mensuras ponderaque modus restituendi unicus restat: si diligentius scrutari velint viatores numismata, marmora, aut ædificia, quæ nec ætas longa, nec discordia civilis, nec barbarorum sævitia corrumpere vel atterere adhuc potuit, inter sese & cum modulis nostris sedulo conferenda. Talia equidem mo-

numenta credimus, templum Minervæ longe celeberrimum in Acropoli Athenarum, ædemque veterem Theſei, & ſtadium magnum Herculis: Aut in urbe Roma Agrippæ Pantheon, columnas Trajani & Antonini, theatra, balnea, portas, aquæ ductus: necnon alia innumera antiqui operis, quæ Europa immenſaque Aſiæ adhuc curioſis oſtentant. Quandoquidem vero ab antiquis nummis Hebræorum, Græcorum, Romanorum, Pœnorum, Arabum, Britannorum & Gothorum, promenſuris & ponderibus tot celebrium gentium reſtituendis conciliandiſque argumentum petitur pernobile, certum & copioſum; curam hanc non injucundam viris claris, in gazis maximorum regum ver-

ſatiſſimis

ſatiſſimis, quorumque gloriam jamdudum ditavit monetæ & emblematum veterum peritia, ſtudio quam licet ſerio committo: præſertim illuſtriſſimo domino Ezechieli Spanhemio, facundiſſimo Harduino, ſollertiæ Fidevalentis, & manui eleganti boni Morelli. Interea tamen quæcunque priſci commatis in hac non incelebri bonarum artium ſede vidi ipſe & expendi; ſive illa ſervant adhuc archiva Reverendiſſimi Laudi, ſive ſcrinium Frecianum, cimelia Aſmolÿ, apotheca pecuniæ Romanæ in Æde Chriſti, ſive denique muſæum perrarum D. Walkeri, ea omnia affatim mihi confirmant, monetæ præfectos ubique nationum pondera patria argento accurate, auro accuratiſſime expreſſiſſe.

pressisse. Quoniam vero tam pretiosum opus super expectationem nostram spemque fœnebrem in libellum jam crevit pro epistola, quam de Letheco Oseæ vatis nuper ad te scribere volentem volui: ne forte bis excedam modum, accipe protinus, Vir venerabilis multumque dilecte, mensurarum ponderumque veterum hæc summaria; eaque Commentario tuo pio, docto ac perpetuo in difficillimam omnium prophetiam, si videbitur, adjunge. Solent enim tela illa justitiæ nundinariæ, ut nosti, in locis sacris recondi. Posthæc vehementer tibi gratulor vigorem illum octogenarium, quem ea gratia ΤΙΝ ἄριστον *super literatos cæteros omnes reverentiæ tuæ concessisse arbitror, ut tot librorum fama diu abunde*

 fruaris,

fruaris, quos per hos quinquaginta annos plureſque edidiſti: necnon in Opere δωδεκαπροφήτῳ pariter pergens, B. Hieronymum vivendo quam commentando imiteris, viſu ac ingenio ſenium contra ſemper vegetis. Vale adeo, Pater pie, Oxoniæ noſtræ honos & veneratio, mequetuis orationibus apud Deum juva.

Ad SELDONIUM
a. d. XIV. Kal. Julias.
A. D. CIↃIↃCLXXXV.

LECTO-

LECTORIBUS
bene ſua metiri, bene aliena.

SI forte in abaco tam vario aberraverim, ſive figuras aliquot Indicas neque ſciens neque volens perverterim, id quantum aut tædium peperit computandi, aut indoles fecit humana, quæ vel rem juſtitiæ juſte pertractare neſcit. Famam certe meam, qui ſum vilior nihilo ac inanior, commentario ita compendioſo non illibenter prætermiſi, quo ad utilitatem publicam promtius accederem. Difficile enim non eſt, pulchrum hoc argumentum magnis voluminibus explicare:

niſi in omni arte & diſſertatione certa ego & explorata adfectarem; non adeo errorum recentium antiquorumve elenchos, non peregrina quærerem ἐπεισόδια. Aio inſuper, haud fore cujuſvis de hoc brevi opere ſcite judicare. Quinetiam habent viri ſapientes commentationum ſuarum ſedem, quoties res pretii contemplari libet ſollertius & expendere. Diotam autem Minervæ, Liberi patris cantharum ciſtamque, aliaque multa aut fori nullius aut incerti fundi vaſa, ab opere meo Dipnoſophiſtis me ultro tradidiſſe minus quiſquam mirabitur, quando gentium Orientalium menſuras pleraſque omnes, præter

ſacras,

ſacras, hac Synopſi pariter excluſas videt. Arabicas equidem, ſiquis noſtrorum hominum ſcire forte deſideret, prolixo ſatis opere docet ſcriptor celeberrimus *Macriſius*: Syriacas vero paſſim ſuo lexico expendit *Bahlulida*: Item a Perſarum philologis repetendæ ſunt menſuræ Perſicæ, & a Samenudio Grammatico Ægyptiacæ. Iſthæc igitur omnia a calculo curaque mea, quantum ab uſu remota eſſe volui. Attamen rogandi magis ſunt amici noſtri, quorum in Lutetia Pariſiorum veluti bonarum artium polo ingens refulget gloria, ut egregiam illam Romanorum vaſium ponderumq; ſupellectilem, quam ingenio ac

ſtudio ſumptuq;magnis collegerat dudum vir ampliſſimus *Nicolaus Peireſcius*, ad hunc commentarium ſuo otio velint componere, quo epilogiſmi noſtri, momentis tam vetuſtis comprobati, poſteram omnem cenſuram pulchrius perferant. Ædis autem Divinæ, quæ Solymis olim ſtetit, dimenſionem Joſippicam quam Talmudicam examinare denuo & cum recentibus modulis conferre: Item Mare aheneum ſapientiſſimi principis aliaque vaſa ſacra accuratius certiuſque metiri, quam velint homines athei: aut magni patris Noachi navim pernobilem animantiumque fœcundiſſimam recte æſtimare:

Aut

Aut donaria principum Hebraicorum in eremo media, divitiasve morientis Davidis, vel alium censum sacrum in pecuniam patriam ratione æqua transferre: Aut etiam Assyriorum, Græcorum, Ægyptiorum & Romanorum templa præcipua, theatra, urbes, muros, pyramidas, moles, machinas, triumphos & monumenta ad notas componere mensuras: Aut rationes denique gromaticas canonesque frumentarios diversissimarum gentium secum invicem jungere & instaurare; & similia plurima jucundi operis vobis, Lectores boni, omnino relinquo: ego austerum jam & difficile confeci. Posthæc vero pari commoditate

tate veſtrum, ſi velit Pater ſæculorum, Chronologiam meam edam per compendia. Quippe enim, ut hiſtoriæ veteres ſuis quæque temporibus æque & explanate componantur, opus eſt ipſum temporis non pauci multæque ſane diligentiæ. Interim vos valete.

Εν ᾧ μέτρῳ μεβεῖτε, ἀντιμεβηθήσεται ὑμῖν. *Os Divinum.*

EDVARDI

EDVARDI BERNARDI DE MENSVRIS ET PONDERIBUS

LIBER PRIMUS

Qui concavas antiquorum menſuras expendit.

1. CHeme Græcorum capit mellis ſcripulos 15. vini 10. olei 9. pars quarta cyathi, ¾ ſextulæ. *Gal. Dioſc. Ægin.* ℵ. *Nicandri.* Chema aſpera, ſtagia duo, ceratia 6, drachmæ 3, cochlearia etiam 3. *MS. Gr. in Vaticano.* Chema parva, duæ drachmæ. *Idem MS.* Ægyptiis eadem τορὴ, المغرفة *Megrapha* Arabibus, capiens boni vini drachmas Veſpaſianicas 3, 75. aut de *Troy* 3, 255. Addes huc axioma Phariſaicum, Cadaver minus oliva neutiquam polluit. *Maſictæ Berac. & Joma.*

2. Cochleare parvum. κυάθιον μικρόν. $\frac{1}{2}$ drachmæ, $\frac{3}{2}$ scripuli, 3 oboli, $\frac{3}{2}$ denarii, 18 siliquæ, 69 grana hordei $= 46 \times \frac{3}{2}$. *MSS.* ד & ג & *Joan.* Cochleare mediocre, drachmale sive τρίγραμμον. *Diosc.* Cochleare Atticum, quasi sesquidrachmale. *MSS. Joan.* ד & ג. Cochleare maximum seu veterinarium, duarum drachmarum. *Soranus.* ملعقة الادوية, Ligula, Cochlear parvum, mithcalum quantum, aut sesquimithcalum suo pondere. *Og.* Imputabis adeo Cochleari communi, sive $\frac{1}{10}$ Cyathi, è *Galeno, Diosc.* & *MSS. Vatic.* drachmam unam stathmicam aut triticeam Vespasiani: sed Cochleari hippiatrico binas drachmas Vespasianicas, quanto oleo madet pars $\frac{1}{12}$ Sextarii Italici. *MS. Gr. Vat.* & *Soranus.*

3. Cartobus Talmudicorum. קרטוב. $\frac{1}{8}$ Seminitæ, $\frac{1}{64}$ Logi ἑκατονταδράχμου, plusquam sesquidrachmale pondus aquæ. *Tanchumus, Godolias, Maimonides.* Cartobus igitur non plus sitit drachma de *Troy* 1, 585. aut drachma Rabinica 1, 648. aut Vespasianica 1, 825. aquam aut vinum probum. Hunc autem peræquat

Tan-

Tanchumus ſui ævi mithcalo plus duobus ceratiis.

4. Concha, 3. Cochlearia, $\frac{3}{2}$ drachmæ, & $\frac{1}{6,66}$ Cyathi. MSS *Hatton.* & ι. Concha vulgatior recipit drachmas duas Veſpaſianicas, aut de Troy 1, 74.

5. Tetraſarius. τετράδραχμον. 4 drachmarum pondus, *communiter.* $\frac{7}{3}$ drachmæ, ſive oboli 14, *Avic. Serap.* & *Soranus.* Sed ſtagia i. e. hexagia 7, ſive ſcripuli 29. *Gal.* & χ. *Nic.* Quatuor autem drachmis Veſpaſianicis reſpondent bene drachmæ de Troy 3,4718. aut Atticæ frequentiores 3, 157. aut Hexagia medicorum veterum $2\frac{1}{3}$.

6. Myſtrum parvum. βαρβός. *Teraud.* Sabbat. c. 8. 6. Dimidium Cyathi. *Gal.* & χ *Nic.* Mna parva χ *Nic.* Recipit illud olei ſcripulos 18. vini 20. ſcripuloſque Rom. mellis 27. Aufert autem myſtrum parvum, aut dimidius Cyathus Italicus, aquæ drachmas de Troy 5, 7865. olei 4, 208. mellis 7, 812. & tritici 4, 34864. Atticum vero myſtrum admittit mellis ſcripulos 30. *Cleop. Gal. Dioſc. Ægin.* &

MS. Vatic. ملعقة العسل Mellis *Melaca*, mystrum melleum, sive Cochlear magnum, 4 mithcala seu tot aurei Arabum pondo. *Og.* & *Onom. Copt.* Imo vero *melaca* aliquoties tenet Arabum drachmas الدراهم sive argenteos quatuor cum semisse, è thesauris crede apum. *Og.*

7. *Calipha*, pyxis, & *Netila*, Gutturnium, solidum pollicare. *Auctor Turim*, & *Godolias.* الناطل *Natelus*, vini Scyphus Arabicus, quantæ duæ unciæ, 16 drachmæ, aut 12. mithcala; *Og.* & *Append. Beitar.* Λεκύσκιον ἀττικὸν στρογγύλον Oribasii, aliorum ὀλύσκιον, מחתה μαχεθὰ, non μαδεχὼθ, 7 cochlearia. *MS. Gr. Vat.*

8. Cyathus. $\frac{1}{6}$ Cotylæ sive heminæ, 4 chemæ, 2 mystra parva. $\frac{1}{12}$ sextarii, *Cleop. Gal. Diosc. MS.* 1. *MSS. Hatton. Ægin. Marcellus è Græco. Epiphanius. Fannius.* ϰ. *Nic.* $\frac{2}{3}$ Acetabuli sive Oxybaphi, *Diosc. Gal. Ægin.* 10 Cochlearia drachmalia, *Gal. Diosc. Cleop. Fann.* Cyathus Italicus detinet nobile vinum drachmas 13 $\frac{1}{3}$ unciamve 1 $\frac{2}{3}$: oleum, drachmas 12 aut sesquiunciam, scripulave 36 = 12 X 3: ac mellis

mellis uncias $2\frac{1}{4}$ ſive drachmas 18. tritici vero drachmas 10, quas & ſtathmicas nuncupant, ſive unciam $1\frac{1}{4}$. At vero Cyathus Atticus, ut vaſa Græca ſolent, excedit aliquo Romanum, olei drachmas accipiens $13\frac{1}{3}$, vini melioris 15. aut avidi vulgi 16. melliſque 20, & tritici drachmas 11. Veſpaſianicas ubique ſubintelliges. ℞. *Dioſc. Nic. Cleop. Galen, Plinius, Fannius, Marcellus, MS. Gr. Vatic. MSS.* , *& ג & Joan. & Og.* Habet ergo *Cyathus* urbis Romæ meri unciam de Troy 1, 4466. Romanam & Avoird. 1, 585. Veſp. 1, 667. aut drachmas Veſp. 13, 334. Rom. & Avoird. 12, 68. de Troy 11, 573. Rabinicas 12. Atticas communiores 10, 52. & unciam medicorum Græcorum 1, 315. Pintæ vinariæ Anglorum 0,96503. tritici vero unciam de Troy 1, 08716. Veſpaſ. 1, 25. Rom. & Avoirdupois 1, 1888. Rabinicam 1, 1307. drachmas communes Athenienſium 7, 906. aut unciæ medicorum Græcorum 0, 98825. Pintæve frumentariæ Anglorum 0, 0805. Oleum idem pertulit unciam

de Troy. 1, 302. Rom. 1, 4265. Veſp. 1, 5. drachmaſque Atticas e mediocribus 9, 47. & mellea dona drachmas Atticas 14, 203. uncias de Troy 1, 953. Rom. 2, 14. Veſp. 2, 25. Penſat adeo Cyathus Italicus (e farre volunt) contra obolos 60. lupinos 90. ceratia 180. chalcoſque 480. *Cleop.* vel oppoſitus ſiliquis 345. hordeive granis 1380 = 345 X 4 *MS.*. Patuit autem *Cyathus Athenarum* tanquam aquæ vinove ſuo unciam de Troy 1, 6274. Rom. & Avoirdupois 1, 7833. Veſp. 1, 875. aut drachmas Veſpaſ. 15. communiores Palladis 11, 83573. aut unciam medicorum Græcorum 1, 4797. Rabinicamve 1, 6925. aut Pintam vinariam Anglorum 1, 091. Dein Cyathum ſuum replet nurus Attica bona Cerere unciam de Troy 1, 2055. Rom. & Avoirdupois 1, 334. Veſpaſ. 1, 3883. Rabinicam 1, 2537. drachmas Veſpaſ. 11, 11. drachmas communiores Palladis 8, 767. aut unciam medicorum Græcorum 1, 096. Pintæve frumentariæ Anglorum 0, 89396: aut pingui Minerva drachmas Atticas 10,

10, 6. unciam Veſpaſ. 1, 667. aut de Troy 1, 4466. mellis denique Cecropii drachmas mediocres Athenarum 15, 7817. uncias Veſpaſ. 2, 5. aut de Troy 2, 17. aut medicorum Græcorum 1, 3151. Cyathus (olearius me interprete) $\frac{1}{10}$ mnæ Atticæ, 1 $\frac{1}{2}$ Acetabuli, drachmæ 10. *Marcellus e Plinio & Græcis.* 2 unciæ mulomedicæ. *Cleop.* $\frac{1}{4}$ Sextarii. *Marcellus idem.*

9. Acetabulum. Vas cubicum ℞. *Nic.* ὀξύβαφον, βάφιον, ἡμιβάφιον, κύμβη, ὀξὶς, ἄειον, ℞ *Nic.* $\frac{2}{3}$ Cyathi, $\frac{1}{4}$ heminæ, $\frac{1}{8}$ ſextarii, ſive Octarius, $\frac{12}{4} = 18$ drachmarum pondus ex oleo *MS.* 1. & *Fannius.* Aquæ 2 $\frac{1}{3}$ unciæ, ſive unciæ binæ plus binis Stagiis ſive plus Sextulis duabus. ℞. *Nic.* ὀξύβαφον recipit lymphæ 18 mithcala: verum olei 18 drachmas Atticas السرخسي: ex Sympo 2 $\frac{1}{8}$ uncias, quæ efficiunt drachmas 20. Quinimo السكرجه الصغيره *Socharga* aut *Cymba minor* continet 3 uncias: major & abſolute dicta السكرجه المطلقه, Stateras 6 $\frac{1}{4}$ *Og.* Largimur autem Acetabulo, Sextarii octanti ſive ſeſqui-Cyatho, in foro equidem Romano vinum generoſum aut aquam

quam uncias de Troy 2, 1699. Rom. & Avoird. 2, 3775. Veſpaſ. 2, 51. Rabinicas 2, 2567. Pintam vinariam Angliæ 1, 44754. ſed per officinas Græcas uncias de Troy 2, 44111. Rom. & Avoird. 2, 67496, Veſpaſ. 2, 8125. & Pintam vinariam Angliæ 1, 6365. drachmas communes Athenarum 27, 7536. aut uncias medicorum Græcorum 2, 2192 unciaſve Rabinicas 2, 53875: Triticum vero eidem cymbæ infundimus inter Italos quaſi unciam de Troy 1, 63074. Rom. & Avoird. 1, 7832. Veſpaſ. 1, 875. Rab. 1, 69605. unciam medicorum Græcor. 1, 482375. drachmas communes Athenienſium 11, 86. Pintæ frumentariæ Anglorum 0, 12075: At vero in urbe Palladis frugem optimam potius recipit illa unciam de Troy 1, 80825. Rom. & Avoird. uncias 2. Veſpaſ. 2, 08245. Rabinic. 1, 88055. drachmas Atticas e communibus 13, 1505. unciam medicorum Græcorum 1, 644. Pintæ frumentariæ Anglorum 0, 134094. Præterea Acetabulum Romanum implet oleum unciam de Troy 1,

953.

953. Rom. 2, 13975. Veſpaſ. 2, 25. Rabin. 2, 0311. drachmas communes Athenarum 14, 205. aut unciam medicorum Græcorum 1, 775625. Acetabulum vero Atticum capit humoris ejuſdem uncias de Troy, 2, 1699. Rabin. 2, 2567. Rom. & Avoird. 2, 3775. Veſpaſ. 2, 5105. drachmas Atticas communes 15, 9. unciamve medicorum veterum 1, 9875. Tenet denique Oxybaphum de favo Romæ compreſſo uncias de Troy 2, 9295. Veſpaſ. 3, 375. ſed Oxybaphum Atticum capit mellis ſui uncias de Troy 3, 255. Rom. & Avoirdupois 3, 567. Veſpaſ. 3, 75. unciam medicorum Græcorum 1, 97265. aut drachmas vulgares Athenarum 15, 8. Ὀξύβαφον, τεταρτημόριον, ¼ Cotylæ, ⅛ Sextarii, Cyathus 1 ½, olei drachmæ quantæ 18. *MSS. Gr. in Vaticano.* Aquæ drachmæ 20 = ⅘, Scripula 60, unciæ 2 ½: mellis drachmæ 27.: ſed Octarius Atticus mellis colligit 30 drachmas. *MS.* ἡμιξυβλίον, ὀξυβάφιον, ποτήριον μύστρων τριῶν. *Heſych. à critica noſtra.*

10. Ovum Rabinorum, ביצה Bhsa, quod

eſt teſta mediocris gallinæ aquis repleta, *Orla c.* 2. 5. *& paſſim in Miſna.* Valet pondere ſuo duplum olivæ, ſeſquialterum caricæ, 200 grana hordei, *Godolias.* 35 argenteor, *Magid Miſne.* Pollet autem ovum mediocre Gallinæ lympha plenum 1 $\frac{3}{4}$, unciam Anglicanam de Troy, quod ſum expertus : tantundem etiam penſat ovum mediocre Gallinæ, non aquæ ſed ſui refertum, modo non ſit recentius. Quantum equidem poſſunt argenti tritici ve Anglici grana 840. Verum tamen Ovum mediocri pulchrius, ut in ſacris amant, vereque Rabinicum, portio adeo ſexta Logi aut $\frac{1}{432}$ Ephæ, colligens ſuo corpore Anglorum Hebræorumve pollices 4 = $\frac{1728}{432}$ tanquam è latere 1,584. recipit aquæ uncias de Troy 2, 11334. Rabinicas 2,18646. Rom. & Avoird. 2,31537. Veſpaſ. 2,435. libram de Troy 0,176111. drachmas de Troy 16,90667. Rabinicas 17,5866. Rom. & Avoird. 18,52293. Veſpaſ. 19, 48. drachmas communes Athenarum 15,3709. aut unciam medicorum Græcorum 1,9213625. Pintæ vinariæ

nariæ Anglorum 0, 14089. Cotylæ Atticæ 0, 219273. Heminæve Romanæ 0, 24348. aut Sextarii Romani 0, 12174. Atticive 0, 1096365. Cyathum Atticum 1, 316 aut Italicum 1, 46088. aut drachma una de Troy ponduſculum minus, ferre quam ſolet ovum ipſum teſta ac alimento ſuo nativo plenum & abſolutum. Hoc idem etiam clam nobis in Oxonia nuperrime adprobavit manus accurata Domini *Standardi*. Cogit itaque in ſe Orbis gallinaceus Hebraici Anglicive pedis uncias cubicas 4, Acetabulo Italico vix ſemidrachmali diſcrimine cedens. Ovo miuus neminem polluit, ſi comedatur, dogma Samæum *Trumot c.* 5. 1, 2. & *Orla c.* 2. 5.

11. *Cos*, כוס יפה, Poculum Paſchale, τὸ ποτήριον τὸ καλὸν, amplum pollicibus ſolidis $7\frac{1}{2} = 2 \times 2 \times 1\frac{1}{8}$. *Talmudum Ieroſolymitanum Secalim c.* 3. 2. & *Sabbat c.* 8. 1. *cum Jarchio & Bartenorio*. Idem pars quarta Rebiitæ ſive Quadrantis vini רובע הרביעית, $\frac{1}{4} = \frac{1}{16}$ Logi *R. Chias*, Seſquiovum quantum *Bartenorius*, *Jar-*

chius, & Talmud. Jeroſ. Recipit ergo Cyathus ille ſalutaris vini non leviſſimi drachmas de Troy 6, 34. Avoirdupois & Romanas 6, 9446. Veſpaſianicas 7, 3045. drachmas communes Athenienſium 5, 764. aut drachmas Rabinicas & Ægyptias 6, 5938. Pintæ Vinariæ Anglorum 0, 0525. & Cyathi Attici 0, 493365, & quaſi parvum myſtrum Græcorum, aut drachma media minus.

12. Ocla. עוכלא. Menſura quam pondus, ab ὀλκὴ Græcorum trajecta voce. $1\frac{1}{5}$. Ovi. $\frac{1}{4}$ Logi } *Godolias, Baal Aruc, &* ſeu Robæ רובע. } *Doctores Babylonii Baba* $\frac{1}{20}=\frac{1}{4}\times\frac{1}{5}$ Cabi, } *batra f. 90. loco illuſtri. Tanchumo* tamen & *Gloſſatori Talmudico ad Erubin* Ocla eſt octans Logi librilis, capitque aquæ drachmas Ægyptias prope $13=\frac{26}{2}=\frac{104}{8}$. Accipitur præterea Ocla pro pondere aureorum, ſeſquidrachmalium equidem, רינרין 8, 75 $=\frac{17,5}{2}$, qui ſunt argentei, דראהם, 13, 375 $=\frac{3}{2}\times$ 8, 75. Verum Seminita i. e. octans Logi, molem habet pollicum 5, 4 $=\frac{43,2}{4}$, *Maimon. Tanchumus, Godolias.* Nos autem *Seminitæ* cor-

pus

pus tribuentes trium pollicum Hebraicorum vel Anglicorum, vino meliori unciam de Troy 1,585. aut Rabinicam 1,64844. vel Veſpaſianicam 1,8261. aut drachmas communes Athenarum 11,5281. eandem ſupremam replemus.

13. Rebiita Rabinorum, רביעית, Logi quadrans, capit ſeſquiovum. *Sabbat. c.* 8. 1. *& ad illam Miſnam Jarchius, Bartenorius, Alii.* Rebiita autem conflatur ex pollicibus ſolidis 10, 8 =2X2X2, 7=$\frac{43}{4}$. *Maimon. Jarchius, Bartenorius, Godolias.* Rebiitæ adeo infundes licet vini rubentis uncias de Troy 3, 17. Rabinicas 3, 296875, aut Veſpaſianicas 3,6523. κωθώνιον aut κωθίδος, poculum militare, $\frac{1}{3}$ Cotylæ, 2 Cyathi, olei drachmæ 24, unciæ 3. *MS. Vatic.* Dedit ergo vas illud caſtrenſe (à כובא *Cuba* vocabulo orientis nuncupatum) vini non tenuis uncias de Troy 3, 2548. Veſpaſianicas 3,75. aut drachmas communes Athenienſium 23,67145: aut in exercitu Romano uncias de Troy 2,9. & Veſpaſianicas 3,334. è latice Bacchi. Pariterque continebat idem ſextans ſex-

tarii Italici, ſive *myſtrum magnum Cleopatræ*, oleum uncias de Troy 2, 6033. & Veſpaſianicas 3. *Quartarius* autem, quam vocat *MS.* ſive quadrans Sextarii Attici agnoſcitur ex toto §. 17.

14. Peres. פרס. Semilogus, *Maimon. Godolias, Tanchumus.* Vas pollicum cubicorum 21, 6. Idcirco 6, 34. unciæ de Troy, aut Rabinicæ 6, 59375. mero forti Pereſum Coronant.

15. Hemina, i. e. Semimina, ſive olei drachmæ 60 = $\frac{120}{2}$: vel ſimplicius ἡμίνη Epicharmo & cæteris Siculis ſignificabat *dimidium* poculum. His enim menſuras ſuas debent Romulidæ & accepta ponderа. κοτύλη, à κότυ concavum: quantum ſane volabus junctis comprehendere poſſumus. ϕυϐλίον. κύλιξ. Phiala *Arab.* μέϛον, *Fannius. Feſtus.* ἀλάϐαϛρον μύρυ, $\frac{1}{2}$ ſextarii, pondo olei, *Epiph.* Semiſextarius, ἡμίξεϛον aridi liquidive, *Voluſ. Epiphan. Gal. Suid. e* χ. *Ariſtophan.* 6 Cyathi *Fann. Dioſc. Cleop. Gal. MSS. Joan. & l.* 4 Acetabula. *Fann. Plin. Ægin. Gal.* 3 Myſtra magna, *Gal. Cleop. Ægin.* $\frac{1}{3}$ Chœnicis, *Poll. Cleop.* χ. *Nic.*

Nic. Diosc. Tzetzes è Diosc. $\frac{1}{12}$ Congii, *Gal. Ægin.* Constat autem Hemina ex pollicibus solidis 18 = 3 X 3 X 2. Hemina, seu Cotyla Romana, pendet olei uncias 9. (quæ sunt unciæ 12. ex libra Metallica unciarum sexdecim) vini uncias 10, mellisque $13\frac{1}{2}$, *Cleop. Gal. Ægin. Tzetzes e Diosc.* ϰ. *Nic.* atque tritici uncias, ἤγουν οὐγκίας ϛαθμικὰς $7\frac{1}{2}$, sive drachmas 60 = 15 X 4. *Plin. Diosc. Marcellus, Poll. Cleop. Gal. Heras medicus.* Cotyla, seu Hemina Attica, recipit olei uncias 10 (quot Romana vini,) aquæ $11\frac{1}{4}$ aut vulgo 12, unciasque 15 mellis: Necnon tritici uncias 8, drachmas 64, granaque farris 8832, *MS* ד. item 8 uncias *Gal.* Hemina mulomedica & rustica tollit aquæ uncias 12, i. e. libram seu pondo, *Cleop. MS* נ. & *Joan.* & י. mellisque 16 uncias, aut $16\frac{2}{3}$. *Gal.* Hemina Romana olei, Libra vocabatur in foro i. e. λίτρα μετρικὴ, corneus equidem cylindrus in 12 partes æquales seu uncias distributus: valebatque suo pondere uncias duntaxat 9, i. e. $\frac{3}{4}$ λίτρας ϛαθμικῆς, *Gal. passim.* القوطولي, الصدفة *Sedafa*, & السكرجة, الكبيرة

الكبيرة *Socharga* aut *Concha* & *Cymba major*, quanta & Hemina Romanorum, conſumit 9 uncias, liquoris credis Palladii. *App. Beit.* Cotyla, (iterum Italica) olei, 9 unciæ Syrupi vinive 10. *Qg.* Quantum autem tritici, olei, vini ac mellis in ſe contineant Hemina urbis Romæ ac Cotyla Athenarum, arma fori utriuſque notiſſima, è Sextario dupla earum menſura §. 17. amici mei accuratius intelligent. Vel Heminæ Romulidum, calici unciarum in ſolidum Romanarum 18. aut compoti Anglicarum 16$\frac{2}{15}$, protinus iniicient iſti generoſi vini uncias de Troy 8,6795. olei 7, 81. mellis 11, 72. triticive 6, 523. juxta humidorum horumce farriſque analogias vetuſtas. Iidem Cotylæ Atticæ largientur vini uncias de Troy 9, 7644. olei 8,6796. mellis 13,02. & tritici ſolas 7,233. Heminæ autem Italicæ ſupparem logum Hebraicum confingit Abrahamus medicus f. 72. *Silte*, ubi dimidium logum olei unciis 4 plus triticis 24. haud prodigus taxat.

16. Logus Hebræorum. לג, *Lev. c.* 14.

Et

Et ibidem disertius לג השמן. *Syris* לגתא & לוגא, λωγὰ & λαγεθά. Arabibus اللج, اللجة, quod est قارورة *Carura*, ampulla. κοτύλη LXX. Int. parce satis; ni mulomedicam & maximam Cotylam ii intelligant. At vero pro Logo Sextarium æstimatione magnifica posuerunt Fl. Josephus, qui vas illud in Æde Dei sæpenumero versaverat, & Hieronymus noster Rabinorum Tiberiensium familiaris. Quinimo eundem forte urceolum Judaicum voce longe peregrina ξέστης expressit S. Marcus c. VII. Nihil enim Logo crebrius deterserat Pharisæorum Sceuobaptismus & mundities nimis exquisita. Neque sane mens alia erat Talmudicorum, qua Rebiitis quatuor aut uni Logo implendo, *Maimonide* ad *Hilcot Erubin c.* 1. 12. id tantum profitente, duas libras ליטרין, ἤτοι β'. λίτρας μετρικὰς, plerique illi ultro tribuebant. Librarum enim omnium minima fertur olearia; abusu magis fori Romani Libra ipsa dicta, quam à momento & indole sua. Parique ratione doctores Solymitarii, dum lagænæ δισάτου partem $\frac{1}{9600}$,

decem Zuzis Judææ pondo æſtimant in Codice *Sebiit*, aut Selagis quinque Galilæis, Logum omnino faciunt bilibrem, Maimonidis Jarchiique ratiocinio probo. Vides ergo de vaſe iſto mille annorum conſenſum. Idem Sextarius Sepphorenus muriæ. *Feſanus, & Talmudum Ieroſ.* ¼ Cabi, & Quadrans aut רובע Roba ſimpliciter, ⅛ Hinni, 4 Rebiitæ, 8 Seminitæ, i. e. octo Octantes ſui corporis, ¼ Sati. *Maimonides, Tanchumus, Bartenorius, Godolias.* 64 Cartobæ ſeu Cochlearia, *Maimon. Godolias.* 6 Ova, i. e. totidem teſtæ Gallinaceæ mediocres lympha repletæ, *Feſanus, Maimon. David, Bartenorius, Auctor Zohari, Jarchius, Godolias, & tota natio Rabinorum.* Logus adeo conſtat hominis mediocris tranſverſis pollicibus, ſeu unciis cubicis 43¼ = 4 X 4 X 2,7. *Maimonides, Tanchumus, Joſeph. ben Acanin, David diſcipulus Maimonidæ.* Continet autem argenteos *Ceſaphim*, ſive drachmas Ægyptias (quarum ſingulæ penſant hordei grana 61) vini quidem 104 = 26 X 4 (quæ ſunt unciæ Alexandrinæ 13,) &

aquæ

aquæ drachmas 108, & tritici non triti drachmas 84, pollinis vero triticei 76, *Maimonides haud inexpertus, Tanchumus, David.* Hic tamen *Davides* rotundi computi caula tribuit 6 ovis ſeu logo integro aquæ drachmas Ægyptias 100, ſemilogo 50, rebiitæ 25, ovoque unico drachmas 16, 66 pro drachmis 18 re juſta. Logus olei pendet uncias 9 plus granis triticeis 48. *Abraham medicus.* Logus vero Hebræorum me judice coaleſcit unciis ſolidis pedis Hebr. Anglicive non minus quam $\frac{1728}{72}$ = 24, qui eſt cubus longarum unciarum pedis ejuſdem 2, 8845. vel Romani pedis pollicibus corporeis $24\frac{25}{72}$ è latere 2, 8982. Recipitque idem in ſe aquæ vinive generoſi uncias de Troy 12, 68. libram de Troy 1, 05666. drachmas de Troy 101, 44. drachmas Rabinicas 105, 5. uncias tales 13, 1875 libram 1, 099. libram Romanam 1, 1577. Avoirdudois 0, 86832. uncias Romanas & Avoirdupois 13, 8922. drachmas tales 111, 1376. libram Veſpaſianicam 1, 21742. uncias tales 14, 6091. drachmas tales 116, 873.

drachmas Atticas communes 92, 225. Sextarium Atticum, 0, 65782. Romanumque 0, 73044. aut Pintam vinariam Angliæ 0, 84533. aut Cotylam Atticam vini melioris 1, 31564. Heminamve Romanam humoris ſimilis 1, 46088. aut Cyathos Italicos 8, 76528, Atticoſve 7, 893,84. Logus autem Hebraicus conſumit olei uncias de Troy 11, 412. in proportione veteri liquorum fori. Hæ faciunt uncias Romanas & Avoirdupois 12, 5. Veſpaſianicas 13, 148. aut Rabinicas 11, 8685. Mellis autem uncias de Troy 17, 118. expendit idem valculum: Romanas & Avoird. 18, 7561 Veſpaſianicas 19, 723. & Rabinicas 17, 80272. Roba vero, quam vocat δευτέρωσις *Celaim c.* 2. 1. & *Sebiit c.* 4. 10. & *Edaiot. c.* 1. 7. ſive Quadrans Cabi, Logus adeo aridus Hebræorum repletur tritici non triti libræ unius de Troy 0, 79165. unciis talibus 9, 5. drachmiſve 76. & drachmis Rabinorum 79, 2. unciis eorum 9, 9. & ipſorum libræ 0, 825. aut libræ Avoird. 0, 6567. Romanæve 0, 8681. unciis Rom. & Avoird.

voird. 10, 417. drachmis talibus 83, 34. & drachmis communibus Athenarum 69, 091. Hemina Romana 1,4565. aut Cotyla Attica 1, 31344. aut Pintæ frumentariæ Anglorum 0,70445. Sextarii Romani 0, 72825. Attici 0, 65672. Farinæ autem triticeæ unciis de Troy 6, 34. unciis Rom. & Avoirdupois 6, 946. aut Rabinicis 6, 5936. ſecundum obſervata recentia. At ex conſtituto Rabinorum, Logus polline tritici tumens peræquabit uncias de Troy 8, 91404. Rabinicaſve 9, 28. aut drachmas Rabinicas & Ægyptias 74, 24. drachmas de Troy 71, 3123. Conſtant hæc Tab. 1 & 2. § 49. *de Ponderibus.* Nec omittendum, Pintam vinariam Angliæ ad probatione noſtra complecti boni ac meri vini aquæve uncias de Troy 15. Pintamque frumentariam ejuſdem florentiſſimæ inſulæ farris ſtare uncias de Troy 13, 5. percapacem.

17. Sextarius. ξέςης ex Latino, ח ס ק Ciſt e Græco. Cadus. ψύλλιον. Inion Ægyptiorum, *Cleop.* menſura rei humidæ atque ſiccæ. *Gal.* $\frac{1}{6}$ Congii, unde

nomen Sextarii. 2 Heminæ, sive 2 Cotylæ. *Cleop. Diosc.* ϰ. *Nic. Fann. Gal. Epiphan. MS.* ג. *Plin.* 12 Cyathi, *Gal. MS.* ג. 8. Acetabula sive Octarii. *MS.* ג. & י. 6. Mystra majora, 24 mystra minora, *Cleop.* Sextarius Italicus, seu Romanus & Urbicus, capit olei uncias 18. vini 20. mellisque Romanas uncias 27. Atticas 30. *Gal. Cleop. Ægin. Diosc.* ϰ. *Nic. MSS* י. & ט. *Oribasius ex Adamantio.* Tritici vero, ἤτοι ϛαθμικὰς uncias 15. sive drachmas 120. scripulave 360. *Cleop. Diosc.* & *è divite Bibliotheca Isaaci Vossii V. Cl. Heliodorus.* Continet vero Sextarius Atticus olei uncias 20 (quot Romanus aquæ recipit,) 22½ aquæ, & mellis uncias 30 = ⅘ ponderis olearii = 2⅓ libris, *Diosc, MSS. Joan.* & *Hatton.* & ג. & ו. Sextarius magnus recipit olei uncias 30 = 15 X 2; Parvus, uncias olei 20 = 10 X 2. Datur & Sextarius bilibris, sive unciarum 24. *MS* ג. קסטא, قسط *Cest*, Sextarius Atticus (voluit olei) 20 unciæ: mellis unciæ 30: Sextarius vero Italicus (iterum olei) unciæ 18. *Bar Bahlul è Serapione aliisque.* Sextarius Italicus

Italicus valet apud Syros ſeſquilibram, ſane è Pallade pingui. *Og.* Sextarius Romanus capit (de galea Bacchi) rotulum ſeu libram $1\frac{1}{3}$ *Serapio.* Sextarius vero Atticus oleum haurit, quanta eſt Libra Piperina $1\frac{1}{3}$. Verſant & Sextarii اقساط 2, 3, aut 4 librarum. *Og.* Sextarius autem Romanus, ξέστης ἰταλικὸς, ſolidis pollicibus Romanis $\frac{216}{6}=36$, quaſi è latere 3, 3015. vel æque compactus unciis 32, 86. pedis Anglici, ut decuit $\frac{1}{8}$ Congii aut $\frac{1}{48}$ Amphoræ Romanæ, imbibit aquam libram de Troy 1, 4466. uncias tales 17, 359. drachmaſve 138, 872. libram Avoird. 1, 1889. libram Romanam 1, 585. uncias Rom. & Avoirdupois 19, 02. drachmas tales 152, 16. drachmas communes Athenarum 126, 243. drachmas Veſpaſianicas 160. uncias tales 20. libramve 1, 667. libram Rabinicam 1, 504464. uncias tales 18. 0534. drachmaſve Rabinicas aut Ægyptias 144, 4273. Pintam vinariam Angliæ 1, 15804. Sextarii Attici 0, 82745. Verum è tritico poculum idem exigit. Pintæ frumentariæ Anglorum 0, 9664.

9664. Sextarii Attici 0, 90103. libram de Troy 1, 08716. uncias 13, 046. drachmas 104, 36. libræ Avoird. 0, 8916. libram Romanam 1, 1888. uncias Rom. & Avoirdupois 14, 2656. drachmas tales 114, 1248. drachmas Atticas mediocres 94, 8727. drachmas Veſpaſianicas 120, uncias 15. libram 1, 25. libram Rabinicam 1, 13065. uncias 13, 568. drachmas Rabinicas aut Ægyptias 108, 54. Dein Sextarius Romanus olei ſecundum analogias veteres, quas ob mille annos & tot reſcripta medicorum, ultro nos ſequimur & imitamur hac diſſertatione, fert pondo libram de Troy, 1, 302. uncias 15, 62. drachmas 125. libram Romanam 1, 4265. Avoird. 1, 069875. Rabinicam 1, 3548. Veſpaſianicam 1, 5. uncias adeo Rom. & Avoird. 17, 118. Veſpaſ. 18. drachmas Veſpaſ. 144. drachmas communes Athenarum 113, 623. Mellis denique Sextarius Italicus valet haud inique contra libram de Troy 1. 953. uncias 23, 44. drachmaſve 187, 475. libram Avoird. 1, 6049. libras Romanas 2, 1393. uncias

Rom.

Rom. & Avoird. 25, 672. drachmaſve tales 205. libras Veſpaſianicas 2,25, aut uncias 27, aut drachmas tales 2,16. drachmas vero communes Athenienſium 170, 44. Sic de vaſe Romano. Sextarius autem Atticus, Λικότυλον vas, obtinuit apud fora vetera aquæ vinive probi libram de Troy 1, 6274. uncias 19,5288. drachmas 156, 23. libram Avoirdupois 1, 3373. libram Romanam 1, 7833. uncias Romanas & Avoird. 21, 399. drachmas tales 171, 19. libram Veſpaſ. 1, 875. uncias 22, 5. drachmaſque ejuſmodi 180. drachmas vero Atticas vulgatiores 142, 0287. adeoque uncias medicorum Græcorum 17, 7536. $=\frac{142,0287}{8}$. drachmas Rabinorum 162, 48. uncias eorum 20, 31. libramve 1, 6925. Et Pintam vinariam Anglorum 1, 3092. Sextarium Romanum 1, 1312. Eundem porro Sextarium Athenienſes replebant tritico ſuo libram de Troy 1, 2055. uncias 14, 466. ac drachmas 115, 728. libram Avoirdupois unicam, aut nimis ſubtiliter comminuendo rationes nundinarias 1, 0006. libram Romanam

1, 3334. uncias Rom. & Avoird. 16, 008. & conſimiles drachmas 128, 064. libram Veſpaſ. 1, 3885. uncias tales 16, 667. drachmasque 133,34. drachmas vulgares Athenienſium 105, 2072. libram Rabinicam 1, 2537. uncias ejus generis 15, 044. & drachmas 120, 355. aut Pintam frumentariam Angliæ accurate ſatis 1, 0715556. Sextariumve Romanum 1, 10885. Sextario autem Attico concedebant Zygoſtatæ antiqui olei libram de Troy 1, 4466. Avoird. 0, 889. Romanam 1, 585. & Veſpaſ. 1, 667. aut uncias Veſpaſ. 20. drachmas tales 160. drachmas vero Atticas è communibus 124, 74. uncias medicorum Græcorum 15, 592. Rom. & Avoird. 19, 02. drachmaſve iſtiuſmodi 152, 16. drachmas de Troy 138, 87. Mellis denique Attici libras de Troy 2, 17. Rom. 2, 3775. Veſpaſ. 2, 5. Avoird. 1, 7833. drachmaſve mediocres Athenarum 189, 382. uncias adeo medicorum Græcorum 24. de Troy 26. Rom. & Avoird. 28, 53. Veſpaſianicas 30. ξέςης, κόνδυ Epiphanii noſtri, quod eſt קודא Judæ-

Judæorum, Arabumque قدة *poculum*, 12 Cyathi, 2 Cotylæ. *Heliodorus*, & *MSS. Gr. in Vaticano*: 8 Octarii, 4 Quartarii. *MS.* ג. *Cest*, בוז aut كوز *Cauz*, poculum sesquilibrile *I. Alides Cyrus*. Sextarius Alexandrinus capit olei libras duas. *S. Epiphanius*. Intelligit forte Præsul Salaminius binas libras metricas, aut uncias Vespasianicas 18.

18. Pondion פונדיון, justius διπόνδιον, duo logi. *Misna Bababatra*, *Bartenorius*, & *alii*. Dupondium ideo Judaicum, vas δίλογον, retinet vino valido aquave, quantæ unciæ de Troy 24, 36. libræ de Troy 2, 1133. Avoird. 1, 737. Romanæ 2, 3154. Rabinicæ 2, 198. Vespasianicæ 2,43484. Aut quanta libra de Troy 1, 5833. vel libra Rabinica 1, 65. è cumulo tritici.

19. Chœnix Attica. μέτρον. καπέτις, *Polyænus*. Mensura aridaque liquidaque, *Diosc.* ϰ. *Aristophan.* 3 Cotylæ, sive 1 ½ Sextarius Atticus, *Poll. Diosc. Tzetzes*. ¼ Hemihecti. *Hes. Photius ex Aristoph.* $\frac{1}{48}$ Medimni, *Iidem*. Capit uncias tritici seu Ponderales 22½, quæ sunt drachmæ 180, *Diosc.*

= 60 X 3. vini uncias 30. *Dioſc.* & ab illo *Tzetzes.* Choenicem autem Atticam, μέσον τειχότυλον, demenſum diurnum militis Perſici, Græci & Romani, ſaturant tritici unciæ de Troy 21, 699. drachmæ 173, 592. aut talis libra 1,80825. libra Avoird. 1, 5. Romanæ 2. unciæ Romanæ & Avoirdupois 24. felici plane calculo, aut drachmæ tales 192. Veſpaſianicæ libræ 2,0833. unciæ, 25. drachmæ 200. libra Rabinica 1, 88055. unciæ tales 22, 5666. drachmæque tales 180, ſicut etiam edixit Scholiaſtes vetus ad materiem *Dioſcoridis*: quod me obſervaſſe neutiquam poenitet. Drachmæ vero communes Athenarum 158. aut unciæ medicorum Græcorum 19, 75. Pinta frumentaria Anglorum 1, 20624. Sextarius Romanus 1, 7633. Heminæ Romanæ 3, 5266. Medici autem Græci, pars imperii Romani, Choenici *Atticæ* (potius dicerent *Italicæ*,) infundebant tres duntaxat heminas Romanas farris, quæ faciunt ea fruge uncias Veſpaſianicas (has illi ſemper amant) 22, 5. aut de Troy 19, 57. non plures. Tenebat

bat autem aquis Choenix Attica, aut veteri Baccho, libras de Troy 2, 1411. & Avoird. libras 2, aut nimia cura 2, 006. Romanas 2, 675. Veſpaſianicas 2, 8625. quæ faciunt uncias 34, 35. Rabinicas libras 2, 538. uncias 30, 45. vel uncias 30, ut eas rotundat *Scholion Dioſcoridis.* Drachmas denique crebriores Athenienſium 213, 043: & uncias medicorum Græcorum 26, 6304. Pintam vero vinariam Anglorum 1, 638. Sextarium Romanum 1, 6968. aut Heminas Romanas 3, 3936. Rurſum autem ad abuſum veterum medicorum attendes. Unde vini Italici ſeſqui-ſextarius etiam Italicus Atticæ Choenici (nuncupant enim iſti) inditus modo non æquo: quantæ ſunt unciæ Veſpaſianicæ 30, aut de Troy 26, 0385. Ponderabat autem Choenix Attica oleo liquens uncias Veſpaſ. 30. libras tales 2, 5. de Troy 2, 17. Romanas 2, 3775. uncias de Troy 26, 04. Romanas & Avoirdupois 28, 53. uncias medicorum Græcorum 23, 388: aut drachmas Atticas communes 187, 11. Veſpaſianicas 240.

Rom. & Avoird. 228. de Troy 208, 3. Pintam vinariam Angliæ 1, 736. aut Sextarium Romanum 1, 5. juxta rationes humidorum, quas fora antiqua crepabant. Choenicem denique Atticam apum laoribus onerabant antiqui libras de Troy 3, 255. Avoird. 2, 675. Rom. 3, 56625 Veſpaſ. 3, 75. uncias Veſpaſianicas 45. drachmas tales 360. drachmas vulgatiores Minervæ 288. aut uncias medicorum Græcorum 36. ſive libras eorundem 3: quod diligenter adnotabis. Sed & illud mente obſervabis: *Choenicas* 24, quibus conjunctis referta frugum ſtat Amphora Romana, I. *Polluce*, *Heſychio*, *Fannio*, *Photio* aliiſque veteribus æſtimantibus, tenuiſſe ſingulas Sextarios geminos Romanorum, non Athenienſium totidem: aut notis diſertioribus conſumſiſſe eaſdem farris libras de Troy 2, 17. $=\frac{52,08}{24}$: vel Veſpaſianicas libras 2, 5. $=\frac{60}{24}$, Romanas 2, 3776. Avoird. 1, 7832. item Sextarium Atticum 1, 7832. Aut munerum Cerealium drachmas Atticas communes pondo 189, 76. Pintam frumentarium Anglorum

rum 1,933. Choenicem veram Athenarum 1, 1888. Continuit insuper Choenix illa eadem, sive triens Congii Romani, aquæ libras de Troy 2, 8932. Romanas 3, 17. Vespas. 3, 334 drachmas communes Athenienſium 252, 5. Pintas vinarias Angliæ 2, 316. Sextarium Atticum 1, 6549. Olei vero libras de Troy 2, 604. Romanas 2. 833. Vespasianicas libras 3. drachmas Atticas magis jactatas 227, 246. unciasve medicorum Græcorum 28, 4075. Mellis denique tulit vas idem, scriptoribus Romanis quam Græcis notum ac suave, libras de Troy 3,9. Rom. 4,27. Vespas. 4, 5. drachmas Atticas vulgaris usus 340, 88. aut uncias medicorum veterum 42, 5. uncias Vespas. 54. Quinimo *Modium* Arabicum مد, hoc est τὸ μέτρον, cum Choenice illa juste compono duum Sextariorum Italicorum capaci. Farris autem libras Babylonias sive Iracias binas, Madianæam vero aut Hegagiam $1\frac{1}{3}$, *Modio* suo ultro concedunt Arabum philologi, *Camusi conditor*, *Geuharius*, *Phiumius*, *Bagdadius*, *Onom. Copt.* & *Lexicographi alii*

alii Orientales. Quanta eſt fide eadem portio $\frac{1}{24}$ Væbæ, & $\frac{1}{4}$ Sati الصاع Saracenorum. Choenix Attica, 3 Cotylæ, pondere olei (non 27, ſed) 30 unciæ. *MS. Gr. Vat.*

20. Οἶφι, Chœnix 2 ſextariorum, ſeu $\frac{1}{36}$ Congii & exiguo plus, *Epiphan.* & χ. *Nic.* Vas Ægyptium, & quidem trilibre, *iſtis æſtimatoribus.* Imputabis autem Oephi vel Choenici Ægyptiæ aquæ uncias de Troy 35, 7184. Romanas 38, 04. Veſpaſianicas 40. vel tritici uncias Veſpaſ. 30. Romanus 28, 53. & de Troy 26. ſicut capite præcedente demonſtravimus ſub finem. Tanta etenim pondera requirit Sextarius duplex Romanorum. Pariter دورق *Dauracum*, Scyphus vini *duos* Sextarios potens libraſve tres. *App. Beit.* & *Og.* & *Abenſinas.* Quanta autem ponderat faba Ægyptia, Theriacæ Mithridaticæ doſis *Celſo*, *Andromacho*, *Damocrate*, *Galeno* & aliis veteribus adprobantibus. Ea κύαθος & κυάθειον à nonnullis nuncupatur. *Galen.*

21. Maris Græcorum. κάδος Perſarum Chal-

Chaldæorumque, *Xenoph.* Semicongius. ἡμικόγγιον, ἡμίχου, ἡμιδωδέκατον. 3 Sextarii. 6 Cotylæ, 2 Chœnices Atticæ, seu διχοίνικον. $\frac{1}{24}$ Medimni Attici. $\frac{1}{2}$ Hemihecti. *Hes. & Pollux ex Aristotele, ex. Aristophan. Xenoph.* Ferens olei libras $4\frac{1}{2}$, vini 5. mellis $7\frac{1}{2}$. *Diosc.* Par ferme Mari κύλιξ aut كيلجة *Chilaga* Arabum versat, & كيلة *Chila* Persarum, $\frac{1}{3}$ Maccuci aut στάμνου Arabici, farinæ libras aut rotulos $3\frac{3}{4}$ omnino devorans. *A. Camusi & critici alii ea gente.* Quanquam Maris B. Epiphanii, aut ejus جرة *Gerra* decem accipit Sextarios. *Onom. Copt.* Græcorum igitur Numidarumque ἡμίχου sive *Marin* explere facile aquæ libris de Troy 4, 8822. Avoirdupois 4. Romanis 5,35. Vespasianicis 5,735. drachmis Atticis vulgaribus 426. aut unciis medicorum Græcorum 54, 5. Habet idem διχοίνικον bonæ frugis libras de Troy 3, 6165. libras Avoirdupois 3, quot Sextarii Attici in eodem reperiuntur. Libras Romanas 4. Vespas. 4, 1666. drachmas Atticas mediocres 316. Pintas frumentarias Angliæ 2, 41248. Sextarios Romanos 2, 5266.

Oleique libras de Troy 4, 34. Vespas. 5. Aut mellis libras de Troy 6, 51. Vespas. 7, 5. Sinvero cum scholiaste *Dioscoridis* Mari huic tribueris duntaxat tres Sextarios Italicos, paulo moderatius capiet, ceu libras de Troy 4, 34. Rom. 4, 755. Vespasianicas 5. aut uncias tales 60. ex fonte puro; quantæ possunt Pintæ vinariæ Anglorum sustinendo 3, 47412. aut Sextarii Attici 2, 48235. Sed ab horreo Cerealia deportat idem semicongius libras de Troy 3, 2615. Rom. 3, 5666, Vespasianicas 3, 75. aut uncias Vespas. 45. Pintas frumentarias Angliæ 2, 8992. Sextarios Atticos 2, 7031. Item olei libras de Troy 3, 906. Vespas. 4, 5 Mellisque libras de Troy 5, 86. Vespasianicas 6, 75. ἔστι δὲ ὁ μαρὶς ἓξ κοτυλαι. *Cor Philosophorum Aristoteles* VIII. *de animalibus.* Longe aliter de eodem vase ad Cyri mensam Polyænus. μαρίς ἐστι δέκα χοεῖς ἀττικοὶ: malo equidem scripsisset scriba διχοίνικον ἀττικόν. Vel ibi agit de magno Mari magni *Epiphanii:* veluti nos demum §. 36. Suspicor autem Marin a Persis, quibus مر *mar* μέτρον eximie

mie significat, ad Ponticos adductum, in Græciam postea devenisse.

22. Chœnix Italica Syraque. 4. Sextarii. $\frac{2}{3}$ Congii. *Fann.* & *MS* ג. pensans ex oleo libras 6=4X1$\frac{1}{2}$. χ. *Nic.* Καμψάκης ἐλία, στάμνος ἰταλικὸς καὶ ἀλεξανδρινὸς, δ'. ξέσται. *Epiphanius. Gerra* الجرة, hydria minor, 4 Sextarii *Og.* Item Urna Mannæ prodigiosæ & incorruptæ, necnon καμψάκης sive Lecythus perpetuus Eliæ vatis, alterutri 4 Sextariorum avidi. *Onom. Copt.* tanquam ab Epiphanio Cyprio. Videte vos §. 23. supellectilis nostræ. Censebitis autem modum justum Chœnicis Italicæ Syriacæve, aquarum fortisve meri libras de Troy 5, 7864. Rom. 6, 34. Vespas. 6,667. Tritici libras de Troy 4, 34864. Rom. 4,755. Vespas. 5. Vel ab oliva pingui libras de Troy 5, 208. Rom. 5, 706. Vespas. 6. aut munerum cereorum libras de Troy 7, 812. Rom. 8, 5572. Vespasianicas 9.

23. Cabus Hebraicus. קב semel legitur in S. Bibliis, in Misna sæpius. κάβος & κάββα *Epiphan.* καμψάκης. $\frac{1}{4}$ modii Romani, aut $\frac{1}{5}$ aut $\frac{1}{6}$. Variat enim *Epiphanius*, 4 Sex-

tarii. *Joſephus*, & *Epiph.* Imputo equidem Hebræorum Cabo, pollicibus 96=$\frac{1728}{18}$ Hebræorum Anglorumve amplo vaſculo, de fonte cadove generoſo libras de Troy 4, 2268. uncias tales 50, 7218. libras Avoirdupois 3, 4733. uncias Avoird. & Romanas 55, 57. libras Romanas 4, 63. Rabinicas 4, 396. uncias tales 52, 756. drachmas Rabinicas aut Ægyptias 422. drachmas Avoird. & Romanas 444, 58. de Troy 405, 77. aut drachmas Atticas communes 368, 9. libras vero Veſpaſianicas 4, 8373. uncias 58, 048. drachmaſve tales 464, 4. Pintas vinarias Angliæ 3, 38134. Sextarios Romanos 2, 922. Atticoſve 2, 5972. Quantum lymphæ continent 24 Ova magna, Ova ſane gallinarum Palæſtinæ & Ægypti: Hinnique trien quantum maxime poteſt opinione noſtra. Verum ab experimentis Moſis Maimonidæ aliorumque quorundam Rabinorum, Cabus aquam recipit 432. drachmas Ægyptias, uncias tales 54=13, 5 in 4: quæ faciunt 51, 923 uncias de Troy, 56, 97 Romanas & Avoirdupois,

&

& 60, 31 Veſpaſianicas. Inde forte dixit Fl. Joſephus Cabum ſuum complecti 4 Sextarios, nimirum uncias triticeas aut σαφμικὰς 15 X 4 = 60. Vel ſane profuſior fuit illeſacerdos in commenſurationibus ſacris, quam amant Scholæ Deuterotarum, aut pedis Hebraici ratio vera convincit. Tribuit adeo idem triplici Cabo ſive Hinno ter quatuor Sextarios Atticos. Porro autem Cabus juſtus Judæorum excipit noſtra ab ædilitate & conſtitutione farris integri uncias de Troy 38, libras tales 3, 1667. drachmas tales 304. drachmas Romanas & Avoird 333, 334. uncias tales 41, 667. libras Romanas 3, 4723. Veſpaſianicas 3, 65234. Rabinicas 3, 3. uncias Rabinicas 39, 6. aut drachmas tales 316, 8. Pintas frumentarias Angliæ 2, 8178. Sextarios Romanos 2, 913. aut Atticos 2, 62687, aut tot libras Avoirdupois è farre. Verum hinc pergo ad Rabinica. Cabus 4 Logi ſive Robaim, 16 Rebiitæ ſeu Quadrantes Logi, ¼ Hinni, ⅛ Sati, ⅛ X ⅓ Ephæ, ⅛ X 10 = 180 Cori, & 24 Ova. *Feſanus, Maimonides, Bartenorius, David.*

vid. S. Jarchius, D. Cimchius, Tanchumus, & Miſna Pea c. 8. 6. Continet autem penitus Cabus cubicos pollices 172,8: recipitque aquæ drachmas Ægyptias 416 =4 X 4 X 26, quæ ſunt unciæ 52, aut libræ $4\frac{1}{3}$, aut grana hordei 25376. *Tanchumus Maimonides* & *Davides*. Quantum 81, Caricæ. *Talmudum Babyl. titulo Erubin.* Jacobo autem Capello Judæo Cracoviano illuſtratori τῶ δευτερώσεων notatur Cabi corpus pollicum 4 X 4: in 10, 8 = 172, 8, pondus vero ὀκταλίβον ſive zuzorum 800, computo nimis liberali.

24. Semihinnus חצי ההין, εἰνὸς ἥμισυ *Num. c.* 28. 14. tenet drachmas aquæ Ægyptias 600: item implet ſpatii pollices cubicos 259, 2. *David.* Ex Hinno toto §. 30. modum diſces ac menſuram dimidii.

25. Congius. Græcis prius χῶς. $\frac{1}{6}$ Amphoræ ſeu Ceramii. 6 Sextarii ſeu ξέςαι. 12 Heminæ aut Cotylæ. *Cato, Feſtus, Fann. Dioſc. Cleop. Gal. &c. Nic. MS.* 1. 48 Acetabula ſeu ὀξύβαφα, 72 Cyathi, 288 Myſtra ſeu Ligulæ. *Iidem plerique.* $1\frac{1}{2}$ Chœnix Italica. *Fann.* Congius Romanus capit olei

libras

libras *Romanas*, verius *Veſpaſianicas* 9. aquæ aut vini Italici 10. melliſque libras tales 13½. *Cleop. Dioſc. Galen. P. Ægin. & de vino Congius ille Veſpaſiani imp. quem adhuc oſtentat Roma P. X. ſive Pondo decem inſcriptum.* Accipit idem tritici libras 7,5: totidemque καθμικὰς: quæ explicant drachmas 720. uncias 90. *Dioſc.* & *Galen.* Tenet ergo Congius Romanus libras unoquoque genere, quot Hemina uncias habet. Explanate. Conſumit ille vinum aquamve urbis libras de Troy 8, 67945. Avoirdupois 7, 1325. Romanas 9, 51. Rabinicas 9,027. & Veſpaſianicas 10. uncias Veſpaſianicas 120. Romanas & Avoird. 114, 12. aut de Troy 104,15. aut Pintas vinarias Angliæ 6,9435. Sextarioſve Atticos 5, 334: Olei vero libras de Troy 7, 8115. Avoird. 6, 41925 Romanas 8, 559. Veſpaſ. 9. uncias Veſpaſ. 108. Romanas & Avoird. 102, 708. aut Pintas vinarias Angliæ 5,56. Immittes autem in Congium Romanum mellis libras de Troy 11,71725. Avoird. 9,629. Roms. 12, 838. & Veſpaſ. 13, 5. Vel in eundem

tritici

tritici libras de Troy 6, 50963. Avoird. 5, 3494, Romanas 7, 1325. Veſpaſ. 7, 5. & Rabinicas 6, 77: uncias Veſpaſ. 90. Romanas & Avoird. 85, 59. & de Troy 78, 1156. Pintaſve frumentarias Angliæ 5, 78634. & Sextarios Atticos 5, 4. juxta rationem veteris Zygoſtaticæ. Vide Tab. 3. §. 49. *de Ponderibus.* Congius autem Atticus exigit olei libras 10. quot vini Romanus habet: vini vero ipſius 11, 25. melliſque pondo 15. *Dioſc. & MSS. Laud.* a & 1. libras denique tritici ſive Stathmicas 8½. *Dioſ.* Cabus adeo tantum poteſt è 6. pollicibus Atticis Plinii, aut è 6, 25. pollicibus Romanis ejuſdem Philoſophi. Idcirco in Congio Attico arbitrio medicorum veterum continentur aquæ vinive Attici libræ de Troy 9, 7644. Avoird. 8, 024. Romanæ 10, 7 Veſpaſianicæ 11, 25. Rabinicæ 10, 155. drachmæ communes Athenienſium 852, 1657. Sextarii Romani 6, 75. Pintæve vinariæ Anglorum 7, 81. tritici vero libræ de Troy 7, 233. Avoird. 6, 0035. aut rotundius 6. pro tot Sextariis Athenarum, Roma-

Romanæ 7, 924. & Veſpaſ. 8, 334. Rabinicæ 7, 523. drachmæ Atticæ mediocres 631, 243. aut Pintæ frumentariæ Anglorum 6, 42933. Sextarii ve Romani ex analogia antiqua 6, 653. Olei vero libræ de Troy 8, 6795. Avoirdupois 7, 1325. Romanæ 9, 51, Veſpaſianicæ 10. Rabinicæ 9, 027. drachmæ Atticæ communiores 757, 483. Pintæ vinariæ Anglorum 6, 944. Sextarii ve Romani 6, 67. Item mellis libræ de Troy 13, 02. Avoird. 10, 7. Romanæ 14, 265. & Veſpaſianicæ 15. Nos autem Congium Atticum ſolidis pollicibus Atticis Angliciſve 216 = $\frac{1728}{8}$ fabricari jubemus, moxque 9, 5099 libras de Troy replemus eum à fonte Liberi quam Nympharum, aut libras tales 8, 56. ab arbore Palladis, vel à favo Attico 12, 84: vel libras ejuſmodi 7, 1325. è fruge Cereris, aut quaſi 622. drachmas Athenarum. Præterea Congius vinarius Angliæ, *Galo*, aut *Galona*, hoc eſt *Lagena* ſua origine, vaſculum forma quavis ſolidis uncis 227, 144 (id volo finioq;) pedis Anglici compactum, octo Pintarum compos,

recipit aquæ libras 10. de Troy. Galoque frumentarius tam fertilis insulæ, capax unciarum corporearum 272, 55 è fabrica nostra, comprehendit tritici libras de Troy omnino novem. Novi equidem Galones alios vini quam frumenti jam versari in nundinis Britannicis, & §. 49. Tab. 11. de *Ponderibus* eosdem, quam fuit necessarium, numeris nostris taxavi. Hoc autem in loco, forte in aliis plerisque, summarie ego feci, quod erat faciendum.

26. Gomerus. עומר. Homer. Γόμορ. δράγμα, ὁ ἀσσαρὼν, עשרון. *Josephus & Paraphrastæ Chaldæi.* $\frac{1}{10}$ Ephæ *ipse Legumlator Ex. c.* 16. 36. τὸ δέκατον τῶν τριῶν μέτρων ἤτοι σάτων τριῶν. οἱ ὁ. *& Oncelas.* 7 Cotylæ Atticæ, *Josephus.* 4 Sextarii, *MS* ʒ. 3 Chœnices Atticæ. *S. Hier.* $\frac{1}{10}$ Ephæ, $\frac{1}{10}$ Artabæ Ægyptiæ, 7, 2 Sextarii Italici. *Epiphan.* $\frac{1}{3}$ Sati. 7, 2 Logi. 1, 8 Cabus. 28, 8 Rebiitæ. 43, 2 Ova. *Fesanus, Maimon. Tanchum. David. Bartenorius, S. Jarchius, Godolias. Challa c. 2. 6. in opere Misnico.* Quanta farina Sacerdotis placentam seu Challam debet rite solvere. *Iidem Judæi.* Assaron seu Gomerus.

expe-

experimento Maimonidæ continet farinæ triticeæ, aut ſimilæ Ægyptiæ zuza, argenteos, aut drachmas etiam Ægyptias ſive מעה 520. = 6X86⅔. Quævis autem drachma, ſive zuzum, ſive argenteus eo ævo penſabat 61 grana hordei, quingentis putas hinc annis. Habet & Gomerus in ſolido pollices mediocres 311,114 *Maimon. Tanchum. Joſ. ben Acanin. David. Bartenorius, Jacobus Aſerida, & Godolias.* Gomerus equidem Sepphorenus admiſit tantum logos 5, Ieroſolymitanus 6; ſed Moſaicus 7⅕, ut jam diximus. Creverant enim ſub Æde ſecunda menſuræ ſacræ. *Talmudum, & ab eo Maimon. Jarchius, Bartenor. & M. Coxius.* Penſat autem denarius, (qui eſt ¼ Selæ, 6 oboli,) ἐκ πολυπείρᾳ ſeſquidrachmum ſeu ſeſquizuzum. *Scholiaſtes Iad.* Gomerus denique probatione noſtra tenet lympham libras de Troy 7, 608. Avoird. 6,252. Romanas 8,336. Veſpaſianicas 8, 76. & Rabinicas 7,9123. Mnas Atticas communes 6,64. aut Pintas vinarias Angliæ 6, 0864. At vero tritici aſſaronem æſtimo libris de Troy 5, 706.

Romanis 6, 252, Veſpaſianicis 6, 5741. aut Pintis frumentariis Angliæ 5, 072. Sextariis Rom. 5, 25 Atticis 4, 733: Hordei libris de Troy 5, 042, aut libris talibus farinæ 3, 804. Compingitur adeo portio decima Ephæ, nomine Gomerus, è latere cubico pollicum Hebraicorum 5, 57. collectis ſimul unciis corporeis 172, 8. Iſta ſane omnia pluraque commonſtrabit §. 40. Aſſarone autem Hebraico paulo minor reperitur *Cadaa* القدح ſive *Scyphus Arabicus*, granorum triticeorum 32768 gurges teſte Chalecanida, $\frac{1}{16}$ Væbæ, $\frac{1}{96}$ Artabæ Ægyptiæ. *Sephadius.* Quinimo 3 Choenices Atticæ, quibuſcum expendit æque Gomerum B. *Hieromymus*, aquæ equidem comprehendunt libras de Troy 8, 95. tritici vero tales 6, 6. aut Avoirdupois 5, 5. totve Sextarios Atticos. At vero 7, 2 Sextarii Italici, Aſſaronis Hebraici modus apud *S. Epiphanium*, exigit farris libras de Troy 7, 8275. Poſtremo autem traditione F. Joſephi Aſſaroni ſacro penitus conveniunt 7 Cotylæ Atticæ, ſive tritici 4, 22 libræ de Troy, aut 5, 7 libræ

tales

tales de fonte. Gomor, Sextarii quinque bilibres ſive Caſtrenſes. *MS.* ג. Menſuræ ſiccæ Judæorum, Epha τρίσατος, Sea ἑξάκαβος, τετράλογος Cabus, Logus i.e. quantam capiunt aquam ſex Ova gallinacea; necnon Ephæ pars decima, modus Challæ & Oblationum plurimarum. Pro liquidis vero uſus erat hinno, dimidio ejus, ac triente quadranteque: tum logo, ſemilogo, & logi quadrante. *Godolias poſt Talmudicos.*

27. Tarcabus, תרקב, eſt ſemiſatum, ſive τρίκαβον. *Godolias ex Baba batra c.* 5.

28. τριχοίνικον. *Pollux* paſſimtumens Cerere quaſi 5,425. libras de Troy.

29. Ημίεκτον ἀττικὸν, τετραχοίνικον, τετράμεστον, ἄδιδιξ, οἶφι αἰγύπτιον. *Pollux. Etym. M. Euſtath. Photius,* ϰ *Ariſtoph. & Heſ. & Suid.* 4 Chœnices Atticæ, $\frac{1}{12}$ Medimni. $\frac{1}{6}=\frac{4}{8}$ Hemimedimni, 6 Sextarii, 12 Cotylæ. *Iidem, & Erotianus in Lexidio.* المكوك *Maccucum* aut ϛάμνος, 3 Chilagæ, $\frac{1}{4}$ Quadrantalis Græcanici *Og. Maccucum,* menſura arida librarum 11 $\frac{1}{4}$, triumve Chilagarum كيالج. *Lexicon Camus aliaque. Maccucum,* Gomor

mor Hebræorum. *Onom. Copt.* Implebis autem congium ſiccum Græcorum, ſive Tetrachœnicon Atticum tritici libris de Troy 7,233. Romanis 7,924. Veſpaſianicis 8,334. Rabinicis 7,5223. aut Pintis frumentariis Anglorum 6,43. Vide §. 25.

30. Hinnus Hebraicus. Menſura liquida quam ſicca, הין Hin εἵν & εἶν, ἴν & ἰνίον, הינא. *S. Hieron. D. Cimchius.* 2 Congii Attici, *Joſephus*, & ab illo *Apollinaris*, *Hieron.* atq; *Theodoretus*, qui addit: πιστευτέον δὲ ἐν τούτοις τῷ Ιωσήπῳ, ἀκριβῶς τοῦ ἔθνους τὰ μέτρα ἐπισταμένω. Sed τὸ ἴν μέγα ξεστῶν ἐστὶ ιή, τὸ δὲ ἅγιον ξεστῶν θ. *Epiphan.* Dimidium modii Hebraici. *S. Hieron. & Rabini omnes.* $\frac{1}{6}$ Ephæ ſeu Bati. *S. Hieron. Feſanus. David. Judæorum alii.* $\frac{1}{2}$ Sati. 3 Cabi. 12 Logi. 48 Rebiitæ. 72 Ova. *Feſanus. Maimon. Tanchum. David. Jarchius. Godolias. Cimchius. & Talmudici c.* 8. *Becorot.* Continet autem Hinnus aquæ drachmas Ægyptias 416X3=1248. ſuaque mole occupat pollices cubicos 518,4. *Tanchum. David.* Ego ſane do Hinno aqua vinove non levi implendo, quantum

tum poſtulat Ephæ pars ſexta aut pollicum Hebraicorum Anglicorumve 288 compages, libras de Troy 12,68. Avoird. 10,42. Rom. 13,89. Veſpaſ. 14,512. & Rabinicas 13,187. Pintas vinarias Angliæ 10,144. Sextarios Rom. 8,7653. Atticoſve 7,7917. Tritici vero libras de Troy 9,51. Romanas 10,42. Veſpaſ. 10,957. & Rabinicas 9,9. Pintas frumentarias Angliæ 8,4534. Sextarios Romanos 8,748. aut Atticos 7,889. & quaſi tot libras Avoirdupois. Imovero Talmuda & omnis ſchola Rabinorum, ut ſupra perſtrinximus, Hinno infundunt libras ſuas 13. de lympha, quæ efficiunt libras de Troy 12,5. Tam bene Judæorum magiſtri à poculis ſacris confirmant, quantum proxime nos è ſolido pedis Anglici Hebraicique clam ipſis eduximus. Attamen *Joſephus* hiſtoricus, pars non indocta Sacerdotii Hebraici, liberalior triente videtur eſſe, quam nos audemus aut Talmudicorum proceſſit temeritas. Capiat enim Hinnus, ſic eum *Flavius* in Templo Dei ſæpius eſt emenſus, duos Congios

Atticos

Atticos boni vini aut aquæ bonæ, invenietur adeo Logus Hebraicus duodecima portio Hinni, Sextario Attico; Ovumque Rabinicum majori Mystro Græcorum æquum justumque. Hinnorum profecto & Assaronum immensam ac perpetuam copiam conservasse Ædem Hierosolymitanam testatur *Josephus ille* & *Deuterotæ Menacot c.* 9. Quinimo ab Hinno arido Josephi exiguo differt *modius Syriacus* المد الشامي. Is enim, referente *Metrazio* philologo, inanit 15 *Maccuca*, 7½ *Sata* Arabum, aut eorundem *Modios* 30: quod est Hecteus unus, aut Chœnices Atticæ octo. Insuper πιλὸκ, Congius verior quam Logus, impletur Sextariis octo: sed πιλοκεθȣὰβ *Congius Sacer* duntaxat sex Sextarios requirit. *Onom. Copt.* ἀλάϐαστρον aut *Carura*, ampulla unguenti in Codice sacro, 9 Sextariorum librilium fragrans. *Onom. Copt. quo me nuper donavit D. Witsius, civium Amstelodamensium amor & præsidium.* قفيز الزيت, ϛάμνος ἐλαίȣ, 8 Sextarii. *Cal. Copt. MS.* Campsaces Eliæ, aut καψάκης, ceu צקחת 1 Reg. *c.* 17. ϛάμνος ἰτα-

λικὸς

λικὸς ἢ ἀλεξανδρινὸς, 4 Sextarii. Campſaces aquæ, 12 Sextarii. *Epiphanius.* Conſules §. 22.

31. Modius Romanus. Menſura arida. 16 Sextarii, 32 Heminæ, 128 Acetabula, 192 Cyathi, *Fann. & MS. Gr. in Vatic.* $\frac{3}{10}$ artabæ Ægyptiæ, *Fann.* Modius Romanus colligit tritici Gallici ſive levioris libras 20. ſed Italici ac gravioris libras 25. *Plinius.* Modium autem Romanum, trientem amphoræ, explent farris gravis aut Italici libræ Veſpaſianicæ 25. de Troy 21, 7. tritici vero levioris, quale Galliæ proferunt, libræ ſolæ 20. Veſpaſiani, aut illæ de Troy 17, 36, Avoirdupois 14, 26, Romanæ 19, 02, drachmæ Atticæ communes 1515. Galones ficci Anglorum 1, 9289. Pintæve tales 15, 4312: aut edicto rotundo Galo duplex Peccuſve unus tritici. Modius autem Romanus hordei raro excedit 15. libras Veſpaſianicas, ut *Plinius* monet, aut libras 13, 02 de Troy.

32. Ἑκτεὺς ἀττικὸς. 8 Chœnices Atticæ, 12 Sextarii, $\frac{1}{6}$ Medimni: Unde nomen. *Pollux, Phot. Etym. M. Euſtath. omnes è* χ. *Ariſtoph.*

riſtoph. Modius Ægyptiacus *Galeni.* Modius Ægyptius admittit 8 Chœnicas Atticas farre, quot & modius Italicus. *Anon. Gr. apud Agricolam.* Poſſidet ergo ille, quam Hecteus Athenarum, tritici libras de Troy 14,466. Avoirdupois 12. Romanas 15,848. Veſpaſianicas 16,668. Rabinicas 15,045. Pintas frumentarias Angliæ 12,86,

33. Modius Cyprius. 17 Sextarii. *Epiphanius.* Quantum triticum tolerant libræ de Troy 20,49. Romanæ 22,45. Veſpaſianicæ 23,6. & Avoird. 17. ἑξίκτα, pro tot Sextariis Atticis frugis Cerealis.

34. Cophinus Bœotorum, tricongius, ſive 18 Sextariorum, *Heſ. Pollux.* Quod eſt frumentum libras de Troy 21,699. Romanas 23,77. Veſpaſ. 25. & Avoirdupois 18. Pintaſve ſiccas Angliæ 19,28. Verum aquæ Sextarii Rom. undeviginti poſtulant librasde Troy 26,038. Veſp. 30.

35. Sabitha Syrorum & Aporrhyma Saitarum, 22 Sextarii, 44 λίτρα, Modiuſque Ægyptiacus, *Epiphanius MSS. & J. Procopius è Gaza. & MS Joan.* At Maris,

2

2 Hydriæ Ponticæ, 20 Sextarii: Item Cyprus, 2 modii Pontici, 20 Sextarii Romani vel Alexandrini. *Epiphanius.* ὁ ἀπὸ εἰμῶ μόδιος ἔχει λίτρας μ'. ἀπείρει δὲ ἀγρὸν ὀργυιῶν ὀπτὼ ς'. *Hero.* Similiter Florentius *Geopon.* 2,30. bonum triticum æstimat, si libras XL. pleno modio sustineat. Πικαπικὶ, τυτέστι τὸ μέτρον, ξέστας, κβ'. *Onom. Copt.* Modius autem Ægyptius *Epiphanii* & sectatorum ejus, pariterque Sabitha Syrorum, tritico suo tumuit libras de Troy 26. 52. Romanas 29. Vespas. 30, 54. aut Avoirdupois 22. pro materie tot Sextariorum Atticorum.

36. Urna Romana, νίτελ, ξέστας κλ. *Fragmenta Rulæa.* ½ amphoræ Romanæ, 4 Congii, 24 Sextarii, 48 Heminæ, 288 Cyathi, *Fann. & Gr. MS. Vatic.* Urnæ itaque Romanæ, dimidiæ amphoræ, aut sesquimodio Romano infundere jus implendo è fonte libras de Troy 34,7178. Romanas 38, 039. Vespas. 40. Rabinicas 36, 09. Avoirdupois 28, 5297. aut Galones vinarios Angliæ 3, 472. Sed ab horreo tritici libras de Troy 26, 0385. Romanas

28, 53. Veſpaſ. 30. Rabinicas 27, 08. & Avoirdupois 21, 397. Galones ſiccos Anglorum 2, 893. Pintaſve tales 23, 145. Atque ſucco canentis olivæ libras Veſpaſianicas 36. atteſtante ℞. *Dioſc.* quæ faciunt vere Romanas 34, 236. aut de Troy 31, 246. Mellis denique libras Veſpaſianicas 54. Romanar 51, 35. & de Troy 47. Verum 4 Congii Attici muneris cerei valent pondo libras totas 60. Veſpaſiani, aut de Troy 52, 08. Avoird. 42, 8. Romanas 57. Quære porro §. 41. Collathum denique Syriacum habet Sextarios 25. aut dimidiam molem Sati liquidi Hebræorum. *Magnus Epiphanius, Stathmicæ ſacræ moderator & lex.* Capax adeo aquarum 41, 675 libras Veſpaſianicas, aut de Troy 36, 165. Romanas 39, 625. & Avoirdupois 29, 72. aut Galones vinarios Angliæ 3. 6165.

37. Satum Hebraicum, ſive Modius Hebraicus. Modius Cumulatus, *Epiphan.* סאה Sea, σάϑον *Joſ. Epiphan. & Hieron.* & σάτα *Suid.* i. e. סאתא. σάα *Epiphan. MS.* Metreta Sacer *Epiphan.* & μέτρον *eidem.*

Modius

Modius Sextariorum 22. Librarum 44. *Epiphan. Procopius. MSS* ג. ו. *& Joan.* ⅓ Ephæ, 3 ⅓ Gomeri *LXX. Interpr. Jonathan, Oncelas, Maimonides, Judæorum alii.* סאתא Sata, Satum Hebraicum, Garibus, 6 Caphizi plus duobus Modiis Arabicis, 10 Maccuca. *Bar Bahlul.* Urna Romana aut ſeſquimodius Romanus. i. e. 24 Sextarii Romani (quot Sato inſunt Logi Rabinis æſtimantibus) *Joſeph. Hieron. MSS.* ו. *&* ג. 1/30 Cori, 2 Hinni, 6 Cabi, 24 Logi aut Robaim, 96 Rebiitæ, 144 Ova. *Feſanus, David. Tanchumus, Maimon. Bartenor. Jarchius, & ipſa Miſna Cilaim c.* 2, 3. *& Godolias e Terumot. c.* 4. 7. Satum liquidum, 50 Sextarii, ⅓ Nebeli, *Epiphan.* Satum, 22 Sextarii Hebraici i. e. Logi, *Epiphan.* contra omnes Phariſæos. Satum quidem capit aquæ, quantum ponderant argentei ſive drachmæ Ægyptiæ 2496, aut libræ Ægyptiæ 26. Continetque in ſeſe cubicos pollices 1036, 8. *Tanchumus, David. Maimon.* Nos autem Satum Hebraicum ſaturamus aquæ libris de Troy 25, 36. Romanis 27, 786. Veſpaſianicis 29, 2. Rabini-

binicis 26, 374. aut Galonibus vinariis Angliæ 2, 536. aut Sextariis Romanis 17, 53. Atticiſve 15, 58. Farre vero idem oneramus libras de Troy 19, 02. Romanas 20, 84. Avoirdupois 15, 77. Veſpaſianicas 21, 91. & Rabinicas 19, 78. quantum faciunt Galones ſicci Anglorum 2, 113. Sextarii Romani pene 17, 5. aut Attici 15, 77. Vel denique farinæ triticeæ eidem vaſi iniicimus libras de Troy 12, 68. Avoirdupois 10, 42, Rabinicas 13, 185: aut hordei libras de Troy 16, 806. Rabinicaſve 17, 478. Colligit ergo Satum ſacrum pedis Hebraici Anglicive ſuo corpore uncias 576, 604. tamquam è latere cubico 8, 3235. pollicum Anglicorum vel ſuorum. Hæc omnia debentur Ephæ trienti ex §. 40 & 43. Scias autem Bethſeam, בית סאה, agrum Sato toto tritici ſpargendum, patere cubitos quadratos 2500 = 50 X 50: Bethrobam, ſive agrum Logi, continere cubitos quadratos $105 = \frac{2500}{24}$: Bethcabum, tales cubitos $416\frac{2}{3} = \frac{2500}{6}$. Bethlethecum non minus cubitis 37500 = 2500 X 15. Necnon Bethcorum,

corum, fundum è Coro pleno ſementis adoreæ, explicare cubitos quadratos 75000. *Maimon. Tanchum. Bartenor. Jarchius. Alii ad Cilaim c. 2. alioſque titulos Corporis* Δευτερώσεων. Atrium autem Templi Ieroſolymitani æquabat duas Bethſeas: quantus etiam jure obſervatur *Erubæ* ſive Societatis Sabbatinæ campus. *Talmudum.* Satum denique urbis Solymarum implet Satum Deſerti ſeu Moſaicum fere 1, 1667. & Sepphorenum 1,36. Nam Judæi ſequiores adjiciebant menſuris Moſaicis partem ſextam nimiæ religionis cauſa. *Menacot. c. 7. 1. & alibi Miſnarum.* الوبية, *Uæba* Arabum continet 22. aut maxime 24 *Modios* Arabicos امداد, $\frac{24}{4}=6$ σάτα aut *Sata* Arabica صاع: tritici ita libras Babylonias ſive Iracias 44, aut ſumme 48; ſed rotulos aut libras Madianæas vel Hegagias 32. aut 34. *Og. Geuharius, Phirauzabadius, & Onom. Copt. Væba* Ægypti, $\frac{1}{6}$ Artabæ ejus regionis, 2 Maccuca. *Bar Bahlul. Væba* Alexandrina, $\frac{1}{6}$ Artabæ Alexandrinæ, 16 *Cadaæ* ſeu ſcyphi, granorum tritici Ægyptii tenet. 313344 =9216

= 9216 X 34. rotulorum, vel concinnius mnarum Alexandriæ 34: quæ faciunt pluſquam 54 libras de Troy. Artaba enim Alexandriæ contrahit frumenti libras mnaſve Alexandrinas 204. quarum ſingulæ expendunt drachmas الدراهم 144, granave tritici 9216 = 144 X 64. *Mohammedes Sephadius.* Joſephus equidem doctiſſimus ſacerdotum Satum Solymitanum ſæpius viderat probaveratque ſeſquimodio Romano peræquum, atque adeo menſura prioris Ædis quintam quaſi partem excellentius. Exportat enim è cumera ſeſquimodius Italicus, Urna eadem Italica, libras de Troy 26, 0385. Veſpaſianicas 30. Romanas 28, 53. & Rabinicas 27, 08, velut ſuperuis definivimus, galoneſve ficcos Anglorum 2, 893. Vel cumulati hordei libras totas 20. de Troy, Rabinicas 20, 8, Rom. 21, 9. & Veſpaſianicas 23. Verum tamen Moſes Maimonides aliique Rabinorum, dum Satum libratum Ægyptiarum 26. capax eſſe contendunt, modulum noſtrum mire comprobant. Illorum profecto demonſtratio

ab

ab exemplaribus vaſium Sacrorum proceſſit, noſtra de pede ſacro. Oleum autem dimidium logum præbitat prementi, ajunt Phariſæi *Sebiit* c. 4 Satum plenum olivis maturis. ϣι, μέτρον Ægyptiis, vicina vox Seæ Hebraicæ.

38. Simpulum Hebraicum, ספל *Sephel*, Seſquiſatum. *Godolias.* الجره المطلقه, *Gerra* aut *Hydria maxima*, 24 Sextarii. *Qg.* Accipit vero medimni Attici triens è lacu tritici libras de Troy 28, 93, Romanas 31, 7. Veſpaſianicas 33, 324. & Avoirdupois 24; quot equidem Sextarios Atticos devorat idem triens. Modius autem ſive Buſſellus Pariſinus, tritici libræ Pariſinæ 18, olei 21 $\frac{1}{3}$, mellis 32, & aquæ tales 24. *Capellus aſſerit.*

39. Τριτεὺς. 1 Medimni Attici. 16 Chœnices $=\frac{48}{3}$. *Pollux.*

40. Amphora Anglica, cubus è pede Anglico ſive ex triente Virgæ ferreæ in Curia Londinienſi, vas adeo pedis Anglici Hebraici aut Attici unciis corporeis 1728 collectum, capit aquæ fontanæ aut vini non pertenuis libras de Troy 76, 08.

uncias de Troy 912, 95. libras Avoirdupois 62, 52. Romanas 83, 36. Veſpaſianicas 87, 6. Rabinicas 79, 122. Venetas 79, 2. & Pariſinas 57, 9. aut Galones vinarios Anglorum 7, 608. Pintaſve vinarias 60, 86. Sextarios, vero Romanos 52, 59. & Atticos 46, 746. Tantidem equidem in lympha jamdudum compererat *H. Briggius*, ſupputator feliciſſimus & profeſſorum Savilianorum primus: poſt illum *Wybordus* philoſophus aliique Londinienſes claris experimentis. Et in Oxonia nuperrime idem illud experti *Caſvellus* & *Walkerus*, ambo ſcientiis mathematicis & probitate inclyti. Conſumit autem pedis Anglici cubus triticum communius libras de Troy 59, 15. juxta obſervata Oxonienſia; aut ex analogia priſca libras de Troy 57, 06. Vide tamen §. 49. Tab. II. περὶ ϛαθμῶν. Satiant inſuper vas idem hordei libræ de Troy 50, 42. farinæ vero triticeæ & avenæ non contritæ libræ tales 38, 04. ἄλφιτον enim quam ὄλυρα in vaſe eodem aquæ fontanæ dimidium pondus efficit. Amphora autem Gallica, modii 4.

ſemodii

ſemodii 8. Congii $10\frac{2}{3}$, Sextarii 64. penſatque olei pondo ſeu libras $106\frac{2}{3}$, uncias $1280 = 64 \times 20$. *MS.* ı. *Semel iterumque.*

41. Amphora Romana, cubus ex pede Capitolino. *Feſtus, Fannius, MS.* ı. & *Anon. Gr. apud Alciatum.* Quadrantal, ex fabrica. *Iidem.* τὸ ἰταλικὸν κεράμιον. *Gal.* χ. *Nic. MS.* ı. *Dorach* Italicum, *Medicis Arabum.* ὁ ἀμφορεὺς, τὸ ἡμιμέδιμνον. *Pollux, Heſ. Photius.* ἡμίκυπρον. *Pollux.* Metreta Romanus, *MS. Vat. & Hero Bembi.* 24 Chœnices, *Suid. Poll. Etym. M. Heſ. Phot. Fann.* 2 Urnæ, 3 Modii, 6 Semodii, *Fann. MSS.* ı *&* '. 5760 Cyathi δεκάδραχμοι, *Fannius.* $\xi = \frac{48}{8}$ Congii Romani. $48 = 8 \times 6$ Sextarii. 96 Heminæ, *Fann. Gal. Ægin. Cleop.* χ. *Nic. & MS* ı. *& MSS. Vatic. & Hero Bembi aliorumque.* Quinimo lege vetuſta cautum, rogantibus Siliis tr. pl. anno Romæ DX. " Quadrantal vini octoginta pondo fiet. Congius vini decem pondo fiet. Sex Sextarii Congius fiet vini. Duodequinquaginta Sextarii Quadrantal fient vini. Sextarius æquus libræ cum beſſe fiet. Sexdecim-

que Sextarii in Modio sient." Sic nos equidem plebiscitum multo ævo corruptum emendavimus. Ο στερεὸς πῦς κατὰ τὴν τῶν μηχανικῶν διατύπωσιν καὶ παράδοσιν δέχεται μοδίους τρεῖς. *Hero è 3 MSS.* Χωρεῖ μὲν ὁ στερεὸς πῦς κεράμιον ἕν, μοδίους τρεῖς. ἕκαστος μόδιος ἀπὸ ξέστων ἰταλικῶν ἀριθμῷ ιϛ'. ἕκαστος δὲ ξέστης ἀπὸ οὐγγιῶν κ'. è latice credes Lyæi. *Liber Bembinus.* In pede solido reperiuntur hordei diu conditi Modii $2\frac{1}{2}$, Sextarii Italiæ $55 = 22 \times 2\frac{1}{2}$: Unciæ vero $1100 = 20 \times 55$. aut Libræ $91\frac{2}{3} = \frac{1100}{12}$. Sed hordei recens repositi inferuntur Libræ 80,833; Sextariive 48,53. Vini autem invenies in pede Cubico Libras $60\frac{9}{10}$, Sextarios $36\frac{1}{2}$. Olei denique, sive λαδίου voce misera, libras 72. Hæc *Hero* falsus, quasi à *Modesto* præfecto prætorio definita & ἐξουγκιασθέντα. Quoniam vero pes cubicus Cossutii Congios Vespasianicos duntaxat $7\frac{1}{2}$, ut in Urbe dudum expertus est Grævius meus, non 8 integros inanit; pesque cubicus Capitolii non fert vinum bonum puramve aquam plus 76,08. libris veris ac vetustis Romanorum, quod hác dissertatione passim nos osten-

oſtendimus, aut creſcere oportet pedem Romanum, quo modo haud ſolito Tab. I. num. 9 indicabimus περὶ τῶν διαγραμματικῶν, ſcilicet $\frac{76,079.\ in\ 1817,186}{1728}=80$. Vel aſſerendum magis libram unam Ponderalem potuiſſe inter cives Romæ Menſuralem libram 1, $05152=\frac{80}{76,79}$. Illam certe reperit Galenus in nundinis Romanis $\frac{12}{10}$ hujus, ſuo ab examine: ſed ex abuſu vulgi $\frac{12}{9}$ ejuſdem, curatius $\frac{12}{9,93132}$, qua certe ratione libra Avoird. ſuperat illam de Troy. Amphoram autem Romanam, ſive ὀκταχόεσιον Veſpaſiani principis, adimplent libræ, quas *Veſpaſianicas* gratia perſpicui propriique nos vocamus, ſed medici Græci quam Romani *Romanas* nuncupare amant, $\frac{96\times9}{12}=72$ olei, vini $\frac{96\times10}{12}=80$, (quot omnino libras olei analogia veteri recipit Ceramion Atticum:) melliſque libras tales $\frac{13,5\cdot96}{12}=108$. *Gal. Cleop. Dioſc. P. Ægineta.* Tritici denique Italici eadem complectitur libras conſimiles $\frac{96\times7,5}{12}=60$, uncias $60\times12=720$, drachmas $5760=576\times10=60\times12\times8$. *Fannius.* Vide §. 15. & 17. hujus Cœlometrici. Detinet ergo Amphora Romana,

unciis ſolidis 1728 pedis Romani *L. Pæti* confícta, quæ faciunt pedis Anglici uncias etiam ſolidas 1577, 098. aquæ vinive Italiæ libras de Troy 69,4356. Avoirdupois 57, 06. Romanas 76,08. Veſpaſianicas, ut jam diximus, 80. Rabinicas 72, 18. Pintaſque vinarias Angliæ 55, 55. Galones 6, 944. aut plane talentum Atticum vini levioris. Capit inſuper idem Quadrantal tritici libras de Troy 52, 0771. analogia vetuſta, Avoirdupois 42, 795. Romanas 57, 06. & Veſpaſianicas 60. aut Chœnicas Atticas 21, 34. Pintas frumentarias Angliæ 46,3. Quadrantal, quod nunc plerique Amphoram vocant, menſura liquoris & grani, habet Urnas 2. Modios 3. ſemodios 6. Congios 8. Sextarios 48. Heminas 96. Quartarios 192. Cyathoſque 576. *Voluſius.* Attamen onerariarum Ægypti nulla navis minor erat duum millium Amphorarum, ſive Tunnorum quingentorum, aut Buſſellorum frugis 1446½. *Cicero.* Amphora ſive ſolidus pes humoris digitis ſuis cubicis 4096=16X16X16. tenet LXXX. libras

libras Italicas: atque adeo 51, 2. digiti corporei aquæ libram unam; & digiti tales 16. quatuor uncias Italorum ad lances perferunt. *Hero Barocii editoris.*

42. Κεράμιον ἀττικὸν continet libras Romanas, verius *Vespasianicas*, olei equidem 80 (Tot vini amphoræ Romulidum jam infudimus) & vini 90, mellisque 120. *Diosc. Cleop. MS.* ι. Æquat autem revera vas illud $\frac{101}{96}$ = 1,052 pedis cubici Romanorum opinione C. Plinii, aut 1,09568 pedis Capitolini arbitratu nostro. Namque amphora è cubo pedis Græci constructa, neque plus impendere debet quam Anglicana §. 40. neque minus. Amphoram autem Atticam *Fannii & MSS. nostrorum & Hatton. & Gr. Laud*: qui est Medimnus & Metreta gentis elegantis, studio perpendimus §. 45. loco suo.

43. Epha rei siccæ, liquidæ Batus. בת אפה, ביתא. οἶφι, ὑφὶ, βὰθ, βάτος, βάδος. Artaba Ægyptia Epham æquat. *Epiphan.* $\frac{1}{10}$ Cori כור, aut $\frac{1}{10}$ Chomeri חומר. *Ezech. c. c.* 45. 10 Gomori עומרים. *Exod. c.* 16. 72 Sextarii. *Josephus, & ab illo MS* ι.

72.

72 Sextarii Sesquilibres, sive 108 pondo olei, ἤτοι ρη. λίτρας. *Epiphanius.* At 56 Sextarii (tritici Græcanici credes) *Epiphan. Hes. MS* ז. 3 μέτρα. *LXX Int.* 3 Modii sive Sata, 6 Hinni. *S. Hieron. MSS* & ז. 3 Urnæ, גרבים. *Godolias è Baba batra.* 3 Sata. 18 Cabi. 72. Logi. 6 Hinni. 288 Rebiitæ, & 432 Ova. *Oncelas, Jonathan, Jarchius, D. Cimchius, Fesanus, David, Tanchumus, Maimon. Bartenorius, Godolilias.* Epha, aut magis proprie Batus, recipit aquæ drachmas Ægyptias 7488 = 2496X3, i. e. libras Ægyptias $78=\frac{7488}{96}$: tenetque in solido pollices 3110,4. *David, Tanchumus.* Batum ego porro adimpleo libris 75,545. de Troy è latice Lyæo, quot pondo faciunt 62 libræ Avoirdupois, aut cum turba fori tot Pintæ vinariæ Anglorum; at peritius Pintæ tales 60,36. Galonesve 7,545: quantulum sane nobis nondum natis adfirmaverat vir sagax & juris Judaici consultissimus *H. Ainsworthus.* Sed aquæ fontanæ merive fortis libris (jam declaravimus) 76,079, Pintisq; vinariis Angliæ 60,86. Galonibusve 7,6879.

7,6879. Ephæ vero, cubo arido ex pede eodem do tritici non triti libras de Troy 59,15. admonente Muſa Oxonienſi: ſed ſecundum rationes veteres libras de Troy 57,06. hordei quaſi libras tales 50, 42. farinæque triticeæ 38, 04. Hæc enim decent cubum pedis Hebraici aut Attici aut Anglici: ſicut *Ponderum* §. 49. Tab. II. deliberato exponimus. τριμέδιτης, τρία μέδια, tres modii. *Onom. Copt.* Olei Batus, العفير Caphizus, 60 Sextarii اقساط. *Idem Onom.* Caphizus autem fori Arabici, aut كويز *Cavizus* aut Medimnus Perſarum, σάτα aut Sata Arabica 12 اصوع in ſeſe continet; tritici adeo rotulos $5\frac{1}{3} \times 12 = 64$: quot ſane Pintas farris devorat Buſſellus Anglicanus. Præterea idem capit 48 Modios Arabicos امداد. *Arabum Lexica, ſcripta manu barbara quam typis noſtris impreſſa.* Τὸ μὲν ὅιφι ἢ ὔφει, ρ'. σάτα ὁ ἀκύλας ἡρμήνευσε. *Theodoretus Quæſt.* 59. *in* βασιλ. Fl. autem Joſephus, cuſtos ipſe & æſtimator peritus vaſium ſacrorum, Batum Ephamque Sextariis Atticis 72. rite repletam viderat, quantis patet medimnus aut me-

72 Sextarii Seſquilibres, ſive 108 pondo olei, ἤτοι ρη. λίβας. *Epiphanius.* At 56 Sextarii (tritici Græcanici credes) *Epiphan. Heſ. MS* ג. 3 μέβα. *LXX Int.* 3 Modii ſive Sata, 6 Hinni. *S. Hieron. MSS* & ג. 3 Urnæ, גרבים. *Godolias è Baba batra.* 3 Sata. 18 Cabi. 72. Logi. 6 Hinni. 288 Rebiitæ, & 432 Ova. *Oncelas, Jonathan, Jarchius, D. Cimchius, Feſanus, David, Tanchumus, Maimon. Bartenorius, Godolilias.* Epha, aut magis proprie Batus, recipit aquæ drachmas Ægyptias 7488 = 2496X3, i. e. libras Ægyptias 78=$\frac{7488}{96}$: tenetque in ſolido pollices 3110,4. *David, Tanchumus.* Batum ego porro adimpleo libris 75,545. de Troy è latice Lyæo, quot pondo faciunt 62 libræ Avoirdupois, aut cum turba fori tot Pintæ vinariæ Anglorum; at peritius Pintæ tales 60,36. Galoneſve 7,545: quantulum ſane nobis nondum natis adfirmaverat vir ſagax & juris Judaici conſultiſſimus *H. Ainſworthus.* Sed aquæ fontanæ merive fortis libris (jam declaravimus) 76,079, Pintiſq; vinariis Angliæ 60,86. Galonibuſve 7,6879.

7,6879. Ephæ vero, cubo arido ex pede eodem do tritici non triti libras de Troy 59,15. admonente Muſa Oxonienſi: ſed ſecundum rationes veteres libras de Troy 57,06. hordei quaſi libras tales 50, 42. farinæque triticeæ 38, 04. Hæc enim decent cubum pedis Hebraici aut Attici aut Anglici: ſicut *Ponderum* §. 49. Tab. II. deliberato exponimus. πιμεξητὴς, τρία μέτρα, tres modii. *Onom. Copt.* Olei Batus, الغفير Caphizus, 60 Sextarii اقساط. *Idem Onom.* Caphizus autem fori Arabici, aut كويز *Cavizus* aut Medimnus Perſarum, σάτα aut Sata Arabica 12 اصوع in ſeſe continet; tritici adeo rotulos $5\frac{1}{3} \times 12 = 64$: quot ſane Pintas farris devorat Buſſellus Anglicanus. Præterea idem capit 48 Modios Arabicos امداد. *Arabum Lexica, ſcripta manu barbara quam typis noſtris impreſſa.* Τὸ μὲν ὄιφι ἢ ὔφεὶ, ϛ'. σάτα ὁ ἀκύλας ἡρμήνευσε. *Theodoretus Quæſt.* 59. *in* βασιλ. Fl. autem Joſephus, cuſtos ipſe & æſtimator peritus vaſium ſacrorum, Batum Ephamque Sextariis Atticis 72. rite repletam viderat, quantis patet medimnus aut me-

treta Cecropidarum. Colligit autem iste tritici libras Avoirdupois 72. pro tot Sextariis Atticis totve Logis Hebraicis Josephi, libras de Troy 86, 796. libras Vespasianicas 100. Romanas 95,09. Rabinicas 90, 272. aut aquæ puræ libras de Troy 117, 173. Vespasianicas 135. Galonesve vinarios Angliæ 11, 7173. Siccosque Angliæ galones 9, 633. Olei denique libras de Troy 104, 1552. aut Vespasianicas 120, 024.

44. Artaba Ægyptiorum. πιερτὼς. ארדב, ארדיבה, الاردب. 5 Modii. *Gal. & Ægin. in Græco, & Hieron. ad Ez. c.* 5. At 3⅓ Modii Romani, *Fannius, S. Hieron. ad Dan. & P. Comestor.* Imo, 4½ Modii Romani sive Sextarii 72, quantus est Metreta Atticus, atque Epha Hebraica. *Epiphanius, Isidorus, MSS* נ. & י. 128 Libræ Arabum sicut قفيز. *Interpretes Sacri & Lexicographi ex ea gente.* 8 Maccuca, 12 Sata Arabica, 430 Ova. *Bar Bahlul.* ⅙ Cori Hebraici. *LXX Int. Es. c.* 5. 10. *& Eupolemus & Hieron.* At ¼ Cori Hebraici, ἡμιλέθεκον. *Lexica Talmudica.* Artaba Ægypti, quan-

quantum Oephi Hebraicum aut decima portio Gomer. *Epiphanius.* ἀρτάβη αἰγυπτία, ϛ'. ξέσται, ἑ μόδιοι. *Anon. apud Agricolam, & S. Hieron. in Esaiam.* Artaba parva, 5 modii: magna, sex. *Samenudius.* الاردب *Ardaba*, 6 Væbæ ويبات, 12 Maccuca مكوك. Ardaba vero Maruzio grammatico, 10 Caphizi Arabici: aliis $1\frac{1}{2}$, aliis $2\frac{1}{2}$ Caphizorum. *Bar Bahlul Criticorum Syrorum princeps.* Artaba Alexandrina, 6 Væbæ Alexandrinæ, 43 libræ, aut melius 34 mnæ Alexandrinæ è tritico, grana ejus frugis 1880064 drachmæ Alexandriæ 293761. Cubus sistit eadem ex cubito Alexandr. sive è solidis unciis 5832 ejusdem cubiti compactus. *Mohammedes Sephadius.* Artaba equidem Ægyptia ad cubitum cubicum Ægyptiorum, Hebr. aut Atheniensium conformata in solido, sive ad sesquipedem Anglicum, recipiet vini melioris Galones Anglicos 25,613. libras de Troy ab eodem cado 256, 13. Romanas 280, 6. Vespasianicas 295: è tritico vero Galones frumentarios Angliæ 21,525. aut libras de Troy 193, 73. Romanas 212, 5.

Veſpaſianicas 223, 2. Sin vero Artabæ infundere æquum tritici modios Romanos quinque, non plures, quæ *Galeni* fuit *Hieronymique* noſtri æſtimatio, gravior ea haud feretur libris de Troy 86, 8. libris vero Romanis 95, 1. aut Veſpaſianicis omnino 100. capax Galonum frumentariorum Angliæ 9, 644. Vel denique à cenſura *Fannii*, quæ & B. *Hieronymo* placuit ad ardua Danielis, Artabæ $3\frac{1}{5}$ modiorum Romanorum largieris tritici libras de Troy 57, 8634. Romanas 63, 4. Veſpaſianicas 66, 67. onus Galonum frumentariorum Angliæ 6, 43. Artabas autem tales 1500000. Philadelpho Ptolemæorum protulit fruge optima Ægyptus, quantus equidem effert cumulus Buſſellorum Anglicorum proxime 1205625. Præter argentum talenta Attica 14080. ſive vicies nonies centena millia librarum Sterlingiarum, fide ejuſdem Theologi. Cubitus cubicus, ὁ πῆχυς τετρεὸς capit tres Artabas: Artaba vero quatuor modios Caſtrenſes, aut modios Italicos $4\frac{1}{2}$; *Hero Hypobolimæus ab Epiphan. M. compilavit.*

45. Me-

45. Medimnus Salaminius, 5 modii. Medimnus Paphius, $4\frac{1}{2}$. *Epiphanius & Iſidorus.* At medimnus (cujus gentis) modii 7. *MS. Gr. in Vat.* Cepit ergo Medimnus Salaminius libras Veſpaſianicas 100, de Troy 86, 8: atque Paphius, Veſpaſianicas 90, de Troy 78, 1156.

46. Medimnus ſive Buſſellus Anglicanus concipit tritici communioris mea trutina libras de Troy $9 \times 8 = 72$, Avoirdupois 59, 1667. Romanas 78, 89. Veſpaſianicas 82, 95. Rabinicas 74, 88: aut mnas Atticas communes 62, 836; continens in ſe Peccos 4. Galones ſiccos 8. Pintaſque tales 64.

47. Medimnus Atticus, menſura arida. Metretes Atticus. Amphora Attica. Amphora Gallica. *MS.* κάδος. ξάμυς. κεράμιον. Metreta, 12 χόες. *Epiph.* κύπρος *Pollux.* Artaba Medorum, æque ut Medimnus Atticus. *Polyænus, Heſ. Suid. MS Hieron. Epiphan. & Etym. M.* At *Herodoto* Artaba Perſica addit tres Chœnicas ſuper Medimnum Atticum. 48 Chœnices. *Pollux, Photius, Suid. Etym. M. Gal.*

Ægin. ϰ. *Nic. & ante illos* ϰ. *Aristoph.* Cadus Atticus, 3 Urnæ Romanæ. *Fann. Isidor. MSS* ג, ר, י. 72 Sextarii. 144 Cotylæ. 764 Cyathi, 12 = $\frac{144}{12}$ Hemihecta. *Gal. Diosc.* ϰ. *Aristoph. Suid. Poll.* ϰ. *Nic. MS Vatic.* 6 Modii. *Corn. Nepos, Suid. MS* ג. $\frac{1}{10}$ Cori Hebraici. 72 Logi Hebraici, quam tot Sextarii Attici; 3 Modii Hebraici seu Sata, $4\frac{1}{2}$ Modii Romani. *Josephus l.* 15. *Antiq.* μέδιμνος ιβ'. χόες, οβ'. ξέςαι. *Epiphanius.* ὁ μέδιμνος, λίτρας ἔχει ρμδ. ὁ δὲ ἄλλος ρϟϛ. *MS. Gr.* ט. μέδιμνος, $\frac{1}{6}$ hectei, $\frac{1}{12}$ hemihecti, $\frac{1}{24}$ Maris. *Pollux.* Metreta liquidus, aridusque medimnus, Græcarum mensurarum maximæ. μετρητὴς S. Johan. c. 11. 6. الوزنة *Vesna* & اجانة ἐγγάνα, Hydria sitiens vini Sextarios 72, rotulos 128. *Onom. Copt.* Eadem seria الدن *Dennum* Arabibus appellatur. Huc etiam addes è *Zamaxario* celebri grammatico, *Garibum* الجريب posse 4 Caphizos, 384 *Modios* Arabicos امداد. Aio autem Artabam Persicam, & Medimnum Atticum duodequinquaginta Chœnicum Atticarum vas, farris in se recipere libras de Troy 86, 8. Avoirdupois

pois 72, quot illi adſunt Sextarii Attici; Rom. libras 95, 09. Rabin. 90, 272. Veſpaſianicas 100. Mnaſque Atticas minores 75, 75. ſive quantum frumentum effundunt 5. modii Romani, aut Galones ſicci Anglorum 9, 644. Stabat autem medimnus Atticus *Corn. Nepotis, Ciceronis,* & *Heſychii*, fruge optima plenus, velut 96 Sextariis Romanis, 104, 15 libris de Troy, aut Veſpaſianicis 120. aut Galonibus ſiccis Anglorum 11, 57. Prudenter adeo dixit *Savilius* meus, medimnum Atticum paulo minus ſeſquibuſſello Anglicano in ſeſe continere. Scimus autem menſam quotidianam Cyri, Alexandro M. interprete, inſumſiſſe frumenti pluſquam 2200 Artabas Medicas, aut Buſſellos Anglicos 3300. Frigent adeo palatia principum Europæ, ſi ad magnificentiam Perſarum veterum conferantur. Vide tu Polyænum de cætera mole ciborum: ego enim panem ſolum propoſui. Item *H. Animal.* l. VIII. rem ſibi notam, mirandam cæteris pleriſque ſic narrat ὁ πάνυ. ὁ ἐλέφας ἐσθίει πλεῖον μὲν μεδίμνους μακεδονικοὺς ἑννέα· ὅτι μιᾶς ἐδωδῆς.

ἐδωδῆς. τὸ δ' ἐπίπαν, ἕξ μεδίμνους ἢ ἑπτά. ἀλφίτων δὲ πέντε, καὶ οἴνου πέντε μαρεῖς. ἤδη δέ τις ἔπιεν ἐλέφας μεθητὰς ὕδατος μακεδονικοὺς εἰσάπαξ δέκα καὶ τέσσαρας· καὶ πάλιν τῆς δείλης ἄλλας ὀκτώ. Perniciem agrorum & fluviorum! Medimnus autem farinæ hordeaceæ drachmis quatuor inter Lampsacenos sæpius venibat, nunquam sex melior. *Sapiens idem in Oeconomicis.* Τὸ κεράμιον, λίτραι ἐς, σταθμικαὶ δηλονότι. *MS. Gr. B. Laudi.*

48. Mnasis, μνασίον, 10 Modii Cyprii. *Epiphanius.* 12 Modii Romani, seu mensura διμέδιμνος. *Hesychius.* Continebat adeo intra sese mnasis triticum libras de Troy 208, 3084.

49. Nebel vini, 150 Sextarii, 3 sata liquida Hebræorum. *Epiphan. Nebel, Zecchus* الزق, uter major vini, 150 Sextarii. *Onom. Copt.* Viderant sane οἱ ὁ. *Hos. c.* 3. 2. חומר שעורים ונכל חמר.

50. Lethecum. לתך, λέθεκ. *Hos. c.* 3. 2. nec alibi S. Codicis. Onus asini. *Epiph. S. Jarchius, Bartenorius è Masicta Baba mesia c.* 6. 5. ἡμίκορος, sive semichomerus, 5 Ephæ, 14 Modii sive Sata. *E nostris SS. Epi-*

Epiphan. & Hieron. Necnon Magistri Judæorum, Aquila, Symmachus, Theodotio, Talmudici Sebuot f. 41. *Maimonides, Tanchumus, Baal Aruc, Bartenorius, & S. Jarchius.* Quinetiam פסכתר *Tamid. c.* 5. 5. ψυκτὴρ cinerum sacrorum, amplus erat ceu Lethecum. *Maimon. Bartenorius.* Admittit autem Lethecum aquæ drachmas Ægyptias 37440 sive libras Ægyptias 398. *Maimon. Tanchum.* Atqui vero vas illud ab æstimatione nostra coronant aquæ libræ de Troy 380, 04. Romanæ 416, 79. Vespasianicæ 438. Rabinicæ 395,2. Aut è tritici horreo libræ de Troy 295, 7. Rom. 324, Ves. 340,7. Rabinicæ 307, 32. aut Galones sicci Anglorum 32, 858, aut Busselli eorum 4,107. Hordei denique libræ de Troy 252. Romanæ 274, 16. Vespasianicæ 276, 195. Rabinicæ 262. λέθεκ, dimidium Cori. *Bar Bahlul.* ἡμικόμορον, المد الصغير, *metreta minor*, continet modios Romanos 15. *Onom. Copt. ab Epiphanio.* ארדיבא *Adriba*, Semicorus, grandis plane Artaba. *Talmudum Babylonium in Erubin.* νέβελ οἴνου, ῥή. ξέσται. *MS.*

Vatic. Legerant enim οἱ ὁ, in antigraphis suis, ut diximus, Χόμερ σεσηρὶμ ἐενέβελ χάμερ: aliter Hebraica, quæ volverat Epiphanius & Hieronymus, viri probi ac docti. Unde alter, λεθὲκ χριθῶν, ἰγτέσιν ἔπαρμα, onus equidem asininum. Quin ארבא & אדריבא, Artabam magnificam præstat glossa & Lexica Talmudican *Erubin* fol. 2. 1. hemicoro equidem æqualem.

51. Corus Hebraicus, sive Chomerus. חומר & כור. *Num. c.* 11. *Ezech. c.* 45. & *Es. c.* 5. Rerum siccarum liquidarumque mensura. *D. Cimchius.* Γόμερ *LXX Int.* ambigue & inscite pro χόμορ. Unde satis turbarum *Epiphanio & Theodoreto.* 6 Artabæ Ægyptiæ. *Iidem LXX. Int.* 30 Modii Hebraici. *Epiphan. Hieron. MSS*, & ג. *Rabini pariter.* 10 Ephæ, sive 10 Bati βί. σατοι. *Scriptores Sacri & cæteri.* Onus Cameli. *Epiphan. MS.* ג. *S. Jarchius, & Obad. Bartenorius: Et Masicta Baba Mesia c.* 6. 5. 30 Sata. 2 Letheca. 720 Logi. *Maimon. Bartenorius, Jarchius, Godolias.* 30 Urnæ גרבים. *Godolias.* 10 Medimni Attici. 720 Sextarii Attici, ceu Logi Hebraici.

braici. 30 Sata vel Modii Hebraici. 45 Modii Romani. *Josephus Libro XV.* 31 Modii (non Medimni) Siculi. 41 modii Attici (quasi tot Cophini tricongii,) *Josephus Tertio Antiq.* Consumit autem Corus, Sacrarum Mensurarum maxima, sicut Micue Rabinicarum, Medimnos aut Bussellos Anglicos tritici 8, 22. aut Pintas frumentarias 526. Ejusdem adeo frumenti libras de Troy 591, 5. Avoirdupois 482, 5. libras Romanas 648, 1. librasque Vespasianicas 681, 5: & Modios Romanos 34, 1. Amphorasque tales 11⅓. aut Medimnos Atticos 6, 82: Chœnicas Atticas 327, 4. Sed aquæ Corus colligit libras de Troy 760, 08. Romanas 833, 587, Vespasianicas 876, Rabinicas 790, 5. Tantum revera postulant Ephæ decem, sive cubi decem pedis Hebraici, Attici aut Anglici, donec farre saturentur. Videbis autem §. 40. repetito. Similiter secundum experimenta *Maimonidæ*, *Davidis*, *Tanchumi* & *Godoliæ*, Chomerus exigit aquæ drachmas Ægyptias 74880. aut tales libras 793; quæ sunt libræ de

Troy 762, 5. Tam prope accessimus ad modulos Rabinorum pede Anglico, quasi Hebraico, freti. Vas idem magistrorum istorum definito solide constat cubo pollicum mediocrium 31, 45. Sed in abaco nostro congerit illud pollices cubicos pedis Anglici 17280, è latere 25, 855 pollicum adsurgens: aufertque hordei libras de Troy 504, 2: Avoirdupois 411, 25. Romanas 548, 33. Vespasianicas 552, 39. Qinvero Corus 30 modiorum Romanorum aut Ægyptiorum (sic voluere *Eupolemus*, *Epiphanius* & *Hieronymus* justitiæ Hebraicæ consultissimi viri) gravis fiet cumulati tritici libris Romanis Plinii & Vespas. 600. nostri 570, 06, libris de Troy 520, 771. Cui equidem rationi satis adhæret Constitutio Londiniensis § 40 & 41. Vel aquis replebitur vas aut lacus ille decem Amphorarum Italicarum juxta hos doctores ad 694, 35 libras de Troy, Romanas 760, 79. & Vespasianicas 800. χόμερ, المد الكبير, *Metreta Major*, 30 modii Romani. *Onom. Copt.* כורא, الكر, κόρος ἢ κόρρος, mensura sicca Babyloniorum, capiens

piens tritici libras Babylonias 7100, Artabas 40, Caphizos 60, Onera وسق 912, & σάτα aut Sata Arabica 720 = 60 X 12. *Firauzabadius aliique.* Corus olei, 20 lecythi ſeu phialæ פילון. Corus Syris 6 Garibi جريبا ſive Medimni: aliis 20 Garibi, 20 X 10 = 200 Caphizi, duum aſinorum onus: Sed in literis Sacris 10 Garibi, totve δίφι. *Bar bahlul.* Corus farinæ, 30 modii Romani, 90 Væbæ. *Cal. Copt. Cl. Huntingtoni.* χοῦρ כור, & χαρία, ſcil. Syrorum حنا, βυνός, acervus frugum. *Epiphan.* Corus Hebraicus, onus cameli, 30 modii. Gomor (aut Chomer dimidium) 15 modii. Artaba Ægyptiorum, 72 Sextarii. Medimnus, 5 modii. Cadus, Græca Amphora, 3 Urnæ. Amphora Romana, pes quadratus vini aquæve; atqui frumenti tres modii. Batus, 55 Sextarii. Satum Palæſtinæ, modius $1\frac{1}{2}$: Satum aliud, 22 Sextariorum modius, aut μέτρον. Congius, 6 Sextarii. Gomor, 5 Sextarii: Chœnix, 4. Sextarius, 2 libræ. Hemina aut Cotyla, libra una, Cyathi ſex. Cyathus, 10 drachmæ: Acetabulum ſeu Oxybaphon, aut

κόλιξ, 15 : Conchula, $1\frac{1}{2}$: & Cochlear, dimidia drachma, aut 9 ſiliquæ. *Iſidor. ab Epiphanio noſtro & à R. Fannio. v. & App. Gromat.*

52. Micue Judæorum. מקוה. Pollubrum, quod totum hominem mergat & mundet. 40 Sata. 13,33 Ephæ. 80 Hinni. 240 Cabi. 960 Logi. $\frac{1}{3}$ Cori. 3840 Rebiitæ. 5760 Ova. *Feſanus, David, Tanchumus, A. Silte Gibborim, Talmudum Babyl. Peſachim f.* 109. *& ipſa Maſicta* Micue *ante iſtos.* Colymbethra ita *Micue* capit ſuo corpore pollices ſive uncias 41472 = 1036, 8X40. ſive (pollicum 3. digitorum quatuor) palmos 6 X 6 X 8 = 288. ſive cubitos cubicos 1 X 1 X 3. Continetque aquæ drachmas Ægyptias ſive argenteos 96000. libraſve inde collectas paulo minus quam 1000. *Maimon. Feſanus, David, Tanchumus, Jarchius, Bartenorius.* Aut recipit modo juſto aquæ libras de Troy 1014, aut Galones vinarios Angliæ 101, 4.

53. Culeus ſeu Culleus Romanorum, 20 Amphoræ etiam Romanæ. 160 Congii.

Fan-

Fannius. 960 Sextarii. *MS. Vatic.* Vino itaque generoſo Culeum implent libræ de Troy 1388, 7. Romanæ 1521, 6. Veſpaſianicæ 1600. Galoneſque vinarii Anglorum 138, 87. Tritico vero libræ tales 1041, 54. Romanæ 1141, 2. Veſpaſianicæ 1200. Galones frumentarii Anglorum 115, 728.

54. Achane Babyloniorum & Perſarum, indeque Bœotorum i. e. ܐܓܢܐ & اجادة. 45 Medimni Attici. *Ariſtoteles*, ϰ. *Ariſtoph. & ab Heſ. Pollux & Suidas.* Achane ergo, quæ eſt ciſta aut granarium Perſicum, congregat tritici libras de Troy 3905, 8. Romanas 4279. Veſpaſianicas 4499, aut Buſſellos Anglicos 54¼.

EDVARDI

EDVARDI BERNARDI DE MENSVRIS ET PONDERIBUS

LIBER SECUNDUS.

Veteres iste nummos ponderaque cum novis confert.

1. AES Minutum, λεπτὸν, in *SS. Evangeliis. Semuna* sive Octans, i.e. $\frac{1}{8}$ Assarii. *Biblia Syriaca, Jesus Alides, & Schola omnis Judaica.* $\frac{1}{7}$ χαλκοῦ ἀττικοῦ, $\frac{1}{7 \times 6}$ oboli, $\frac{1}{252}$ drachmæ. *Suidas.* $\frac{1}{6000}$ Talenti i.e. Nummi unius, cocca tria. *Hesych.* Pruta, פרוטה. Nummus minimus Judæorum: quo levius quidvis non contrahit matrimonium, nec pollet quatenus in Jure Rabinico. *v. Ciddusin & Baba Mesia.* $\frac{1}{2}$ Κοδράντου, aut קרדינטס. $\frac{1}{4}$ Semissis מסומס. $\frac{1}{8}$ Assarii Italici i. e. assis seu æris libralis

bralis apud veteres Quirites $\frac{1}{8} \times \frac{1}{2} = \frac{1}{16}$ pondionis פונדיון, hoc est $\frac{1}{16}$ dupondii æris Romani. *Sic Patres Conciſi initio l. Ciddusin: ſic nepotes eorum.* $\frac{1}{16} \times \frac{1}{2} = \frac{1}{32}$ Meæ מעה ſive oboli argentei. $\frac{1}{32} \times \frac{1}{6} = \frac{1}{192}$ denarii Romani דינר ſive זוז zuzi Italici. $\frac{1}{192} \times \frac{1}{4} = \frac{1}{768}$ Selæ סלע ſeu Sicli Moſaici. $\frac{1}{768 \cdot 8} = \frac{1}{1536}$ unciæ Italicæ. *Iidem Anteceſſores, & Maimonides, & vis magna Commentatorum.* Diu enim manus ſuas aſſueverant Phariſæi Tetradrachmis Atticis & Denariis Romanorum. Pruta deni argenti pondo reddit ſemigranum hordei: velut denarius argenteus Romanorum 96 grana integra ejuldem frumenti. *Maimonides, Bartenorius, M. Coxius, & Tanchumus.* Aſſarii autem octans ſive λεπτὸν valuit quantulum 0,7625 grani unius argentei, aut 0,096875, penningi novi Anglorum. Verum *Pruta* Rabinorum, $\frac{1}{160}$ denarii maximi è Veſpaſianicis, & fere dimidium Octantis Italici, potuit duntaxat 0,34375 grani unius argentei, aut 0,0429 penningi Anglici.

2. Κοδράντης. קרדינטם Palæſtinis, Babyloniis vero קונטרין: è Græco utriſque. Aſ-

 ſarii

ſarii quadrans, 2 λεπτὰ, 2 nummi minuti, in *Codice Divino.* Duo Octantes i. e. $\frac{1}{4}$ Aſſarii Italici איסר. *Syrus Interpres.* $\frac{1}{4}$ Follis ærei. *Heſych. & Etym. M.* 2. Nummi. *Heſych.* $\frac{1}{4}$ Aſſarii Romani. 2. Prutæ. *Talmudum utrumque in Ciddiſin, Feſanus, Alii.* Æſtimabis autem *aſſis quadrantem* tanquam 1, 525 granum argenteum Angliæ, aut penningi unius 0, 19375: χοδράντλω vero Talmudorum, $\frac{1}{10}$ denarii maximi Veſpaſiani imp. nihilo plus grani unius 0,6875, aut penningi novi 0,0858.

3. Follis æneus, aut etiam ferreus. *Euſtath.* Squama æris, ἤτοι φολίς. *Celſus.* Sicut Arabum فلس. Rabinorum פולסא. Alium φόλλιν v. §. 36. 4 Quadrantes. *Heſ.* φόλος (χαλκῆς) *Suid. Euſtath.* δύο λεπτοί. *Epiph.* $\frac{1}{12}$ Ceratii argentei. *Gloſſæ Sirmondi.* $\frac{1}{300}$ libræ argenti. *Cod. Juſtin.* Follis vero Juſtiniani valuit 1, 44^{d}. ſed portio duodecima ceratii 0, 0382^{d}.

4. Siculorum δίξας, δύο χαλκοῖ. *Pollux. MS.*

5. Teruncius, argentum minimum Romanorum. *Cicero.* Tres unciæ, ſeu quadrans libellæ argenteæ. *Varro.* $\frac{1}{10}$ denarii argen-

argentei. $\frac{1}{2}$ Sembellæ argenteæ. *Idem Varro.* Dabis ergo contra Teruncium mediocrem Tiberii granum argenteum Anglorum 1, 5: aut pro Consulari 1, 55 gran. sive penningi unius 0, 19375.

6. Uncia. $\frac{1}{12}$ assis, vel integri cujusque.

7. Sembella. ἡμίλιτρον. dimidia libella argenti, sicut semis respectu assis seu æris libralis, $\frac{1}{20}$ denarii argentei. *Varro de lingua sua.* Sustinet ergo *Sembella* sive *Singula* in lance subtili grana Anglica 3, 1. aut penningi unius 0, 3875^{d}.

8. Granum hordei Attici. σιτάριον, $\frac{1}{4}$ Ceratii. $\frac{1}{12}$ oboli. $\frac{1}{72}$ drachmæ. *Gal. Nicandri* ℞. *MS.* *Abensina, Serapio.* Granum hordei, 4 oryzæ, 8 grana sinapis sylvatici, *App. Beit.* Granum tritici argentive Anglici, $\frac{1}{8}^{d}$=0, 125. penningi unius novi & decurrentis per emporia Anglica; $\frac{24}{25}$ grani medici Venetorum, Arabum & Græcorum: atque $\frac{24}{26}$ grani nummarii Venetiarum & Lutetiæ: necnon $\frac{3}{5}$ grani Rabinorum in Ægypto.

9. Triunx. Quadrans Assis. *Plinius.*

10. Χαλκοῦς. Nummulus æreolus, pen-

dens æris unciam. Uncia Sicula, ἤτοι ὑγκία. i. e. *unicum* æs, nomine reque Sicula. *Poll.* Byzantiis σιδηρᾶς à materie. *Poll.* Taſſugum Arabibus طسوج, Perſis تسو تاسوى. Nummus minimus Athenarum: de auro idcirco argentoque quam de ære χρυσῆν ἀργῆσιν acceptum. *Fannius, MS.* *Heſ. Poll.* ½ Oboli Attici. ⅛ drachmæ Atticæ. *Poll. Cleop. Photius, Gal. Etym. M. Chedrus Arabs.* 7 λεπτὰ. *Suid. ex Diodoro.* 2 Grana lentis ſuo pondere. *MS.* & *Rabanus MS*, & *Chedrus.* aut 2 κεγχραι. *MS. Laud.* Imo ⅛ oboli. *Suid. & Dioſc.* Semiſſis. *Varro.* 10 Oryzæ. *Chedrus.* Taſſugum, 2 grana hordei, ⅛ drachmæ Atticæ الدرخمي. *App. Beit.* 2½ grana. *Og.* Chalco autem medicorum Græcorum reſpondet granum argenteum Angliæ 1, 375, aut penningi Anglici 0, 1719.

11. As. Aſſis. Æs grave Romanorum. *Livius.* ἀσσάριον, *SS. Evang. Plut. Alii.* ἀσσάριον Ἰταλικὸν, ἤτοι אסר & איסר. *Judæi & Syri.* ἀσσάριον χάλκεον νόμισμα, βάρος λιτραῖον. *Dion. Halic.* As nummus eſt libralis. *Priſcianus.* Libella. Libella argenti. *Plautus.* ⅛ denarii argentei, ſeu valore ſuo quanta libra

libra tota æris inter primos Romulidas. *Varro.* Tantundem etiam πεντημόριον ἀττικὸν, δίχαλκον ἀττικόν. *Pollux.* As enim Romanum, roſtrum ferens navis Janique frontes, libra integra æris ſub Tullio rege conſtabat; $\frac{1}{6}$ libræ primo bello Punico, $\frac{1}{12}$ libræ Punicorum ſecundo: tandem lege Papiria æris ſemuncia. Semper autem valebat $\frac{1}{10}$ veteris denarii argentei. *Varro. Feſtus, Plinius, Plutarch. Dion. Halic.* $\frac{1}{10}$ drachmæ Atticæ. *Plut.* $\frac{1}{2}$ Oboli, 2 Chalci ſeu æra. *Poll. Heſ. Photius, Etym. M.* 8 λεπτὰ. *Syri.* $\frac{1}{4}$ Treſſis. $2\frac{1}{2}$ Chalci. 8 Prutæ. *Sal. Jarchius.* 8 Prutæ. $\frac{1}{4}$ Oboli מעה $\frac{1}{24}$ Denarii argentei דינר $\frac{1}{24} \times \frac{1}{4} = \frac{1}{96}$ Selæ ſeu Sicli Moſaici. $\frac{1}{3}$ Pondionis ſeu διπονδίου ἰσαλικοῦ. *Doctores Talmudorum Ieroſ. & Babyl. necnon Feſanus, Maimon. Bartenorius.* Verum ἀσσάριον $\frac{1}{8}$ Prutæ *Symeoni Gamalielis* & aliquot *Gemariſtarum Babyloniorum*, anpro pecuniæ caritate. Pendet autem Aſſarius Italus hordei grana quatuor, ſive Drachmæ $\frac{1}{4} = \frac{1}{96}$ דרכמון סלעים i. e. $\frac{1}{4}$ argentei Ægyptiaci tempore Maimonidæ. *Moſes iſte paſſim, & O. Bartenorius, & Godolias Chronologus.*

dens æris unciam. Uncia Sicula, ἤτοι ὑγκία. i. e. *unicum* æs, nomine reque Sicula. *Poll.* Byzantiis σιδηρᾶς à materie. *Poll.* Taſſugum Arabibus جسب, Perſis تسو τασοῦ. Nummus minimus Athenarum: de auro idcirco argentoque quam de ære χρυσοῦν ἀργῆσιον acceptum. *Fannius, MS.* *Heſ. Poll.* ½ Oboli Attici. ½ drachmæ Atticæ. *Poll. Cleop. Photius, Gal. Etym. M. Chedrus Arabs.* 7 λεπτὰ. *Suid. ex Diodoro.* 2 Grana lentis ſuo pondere. *MS.* & *Rabanus MS*, & *Chedrus.* aut 2 κεράτια. *MS. Laud.* Imo ⅛ oboli. *Suid. & Dioſc.* Semiſſis. *Varro.* 10 Oryzæ. *Chedrus.* Taſſugum, 2 grana hordei, ½ drachmæ Atticæ الدرخمي. *App. Beit.* 2½ grana. *Og.* Chalco autem medicorum Græcorum reſpondet granum argenteum Angliæ 1, 375, aut penningi Anglici 0, 1719.

11. As. Aſſis. Æs grave Romanorum. *Livius.* ἀσσάριον, *SS. Evang. Plut. Alii.* ἀσσάριον Ιταλικὸν, ἤτοι אסר & אסר. *Judæi & Syri.* ἀσσάριον χάλκεον νόμισμα, βάρος λιτραῖον. *Dion. Halic.* As nummus eſt libralis. *Priſcianus.* Libella. Libella argenti. *Plautus.* ½ denarii argentei, ſeu valore ſuo quanta libra

libra tota æris inter primos Romulidas. *Varro.* Tantundem etiam τεταρτημόριον ἀττικὸν, δίχαλκον ἀττικόν. *Pollux.* As enim Romanum, roſtrum ferens navis Janique frontes, libra integra æris ſub Tullio rege conſtabat; $\frac{1}{6}$ libræ primo bello Punico, $\frac{1}{12}$ libræ Punicorum ſecundo: tandem lege Papiria æris ſemuncia. Semper autem valebat $\frac{1}{10}$ veteris denarii argentei. *Varro. Feſtus, Plinius, Plutarch. Dion. Halic.* $\frac{1}{10}$ drachmæ Atticæ. *Plut.* $\frac{1}{2}$ Oboli, 2 Chalci ſeu æra. *Poll. Heſ. Photius, Etym. M.* 8 λεπτὰ. *Syri.* $\frac{1}{4}$ Treſſis. $2\frac{1}{2}$ Chalci. 8 Prutæ. *Sal. Jarchius.* 8 Prutæ. $\frac{1}{4}$ Oboli מעה. $\frac{1}{24}$ Denarii argentei דינר. $\frac{1}{24} \times \frac{1}{4} = \frac{1}{96}$ Selæ ſeu Sicli Moſaici. $\frac{1}{2}$ Pondionis ſeu διπονδίου Ιταλικοῦ. *Doctores Talmudorum Ieroſ. & Babyl. necnon Feſanus, Maimon. Bartenorius.* Verum ἀσσάριον $\frac{1}{6}$ Prutæ *Symeoni Gamalielis* & aliquot *Gemariſtarum Babyloniorum*, anpro pecuniæ caritate. Pendet autem Aſſarius Italus hordei grana quatuor, ſive Drachmæ $\frac{1}{4} = \frac{4}{16}$ درهم ἢ ἢ דרכמון i. e. $\frac{1}{4}$ argentei Ægyptiaci tempore Maimonidæ. *Moſes iſte paſſim, & O. Bartenorius, & Godolias Chronologus.*

logus. Aſſarion argenteum Tiberii, $\frac{1}{18}$ drachmæ de Troy, in trutina ſuſtinet 6 grana argentea Angliæ, aut $\frac{3}{4}$ penningi unius: at commune Conſulum Rom. 6,2 grana Anglica, aut 0,775 penningi Anglici. Veſpaſianicum denique gr. 5,4; aut penningi 0,6245.

ذراع اليد و ذراع العامة, *Cubitus* dicta *Vulgi*, *Cubitusve Brachii non immodici* inter *Arabas* verſat. De cubito vero Judæorum prolixè ſatis diſſerunt *Moſes Maimonides* & *O. Bartenorius* ad farraginem τῆς δευτερώσεων; *Godolias* in Chronicis ſuis, & *R. Abrahamus* expolitor *Silte Gibborim.* Modulum autem Ægyptium in campo Memphitico etiamnum ſervat receſſu bicubitali graduum ſuorum infimorum ampliſſima omnium Pyramis. Quinimo hæc fabrica, humanorum operum longe maximum & difficillimum, omni hiſtoria antiquius, ævi ſequentis ſecurum, & proximum cœlo, quadratæ baſeos latus porrigit cubitis Ægyptiis 462, quæ ſunt ſeptem plethra *Diodori Siculi* tot pedibus minus, aut 693 pedes Ægypti & Græciæ & Britanniæ; Romani 714,43. Pliniani 721,9: ſolique occupat pedes Ægyptios Anglicolve 480249, Romanos 510400, Plinianos 520000, aut 18 jugera Romana & plus paulo, quæ ſunt *Acræ* Anglicæ 11,025. Feliciter etiam accedunt ad epilogiſmum noſtrum numeri

Mohallii Arabis. Statuit enim ille Pyramidum summam cubitos 317 altam, latamque ad basis quadrum cubitos 460. Planum autem in fastigio tantæ domus relictum patet Superis latitudine ἐννεαπήχει; quanti sunt pedes nostri Ægyptiique 13,5, Romani 14 ἔγκιστα. In meditullio denique tam audacis ædificii, camera marmorea 23 cubitos Ægyptios, aut tot sesquipedes nostros longa, tenet Thecam etiam marmoream longitudine quatuor cubitorum, quantula est humani corporis (ut diximus) justa ac grata proceritas, super particulas 325; relictis quasi immissum, ut decuit, cadaver octo digitis.

Præterea justum & felix Nili incrementum ad 16 Cubitos Græcos, imo ad tot Ægyptios, ut ab Herodoto liquet, omnino ascendere apud Memphin, augentis se fluvii custodem, in puteis Niloscopis (quos providentia regum priscorum conditos describunt bene Diodorus Straboque ex visu) per mille annos à Græcis adnotatum fuit. *Herodotus scrutator metatorque sedulus Terræ Niliacæ, Strabo, Plinius, Solinus,*

Ammi-

Ammianus. Et, præter hos nobiles Scriptores, idem adhuc monſtrat in Hortis Vaticanis Nili fluminis ſtatua, 16 liberis cubitalibus circa ludentibus, quam in Templo Pacis poſuerat olim *Veſpaſianus* imperator. Idemque jampridem ab eodem marmore comprobarunt diſertis verbis *Pliniuſq; Philoſtratuſque.* Quinetiam in cubitis 15. annonæ ſecuritas. Atvero 13 aut 12 famem ferunt. Hanc pariter cubiti duodeviginti, ſummus amnis exceſſus. Nec incertius ulnæ quinque, minima ejus inundatio. *Plinius, Solinus & Ammianus.* Addam his *Ariſtidem* ſcriptorem perfacundum. Ad cubitos 28, differit ille, in Elephantine creber adſurgit fluvius. In Copto Indorum Arabumque emporio ſolos 21 attingit. Sed ad Memphin, non minus 14 cubitis regionem fœcundat, γνωρίμους μὲν πήχεσι, πρὸς ἃς ἄλλους ἤδη λογίζονται. κάτω δὲ ἐν τοῖς ἕλεσιν (ſic lego) εἰς ἑπτὰ καταβαίνει. De eiſdem vero illis paludibus ſacerdotis dictum intelliges apud *Herodotum.* Hæc ergo ratio auctuum erat in Nilometriis ſub Principibus Græcis an-

teque ipſos. Arabum vero celeberrima illa *Menſura* ſeu *Micias* المقياس in palatio orientali inſulæ Niliacæ Raudæ روضه, ſub Urbe *Giza* جيزه contra Foſſatum, ſeu Meſram aut Babylona averſæ in orientem ripæ, prope Momph ſive Memphin, tribus paraſangis ſuperiorem vertice Delta, Ægyptum modice ac ſæpe inundat cubitis 16: ubertim & egregie cubitis 18. Plus iſtis damnum infert; ſed infra 12 fames. Cubitus vero (ذراع voce Ægyptia) explicat digitos 24=16 & 8. *Edriſius Geographus.* Neoterici enim magis adhuc luxuriant in cubitis, Ægyptum ad 23 uſque lætam fertilemque memorantes. Ad ſepulchra denique SS. Regum & Prophetarum, quæ contra tot ſæcula, tot hoſtes Hebraici nominis in hunc uſque diem oſtendit Palæſtina, menſuram noſtram cubiti Hebraici probabit pius Viator.

12. Babyloniorum & Perſarum Cubitur Major ſive Regius, 27 digiti Græci, $\frac{27}{24}$ aut $1\frac{3}{24}$ cubiti Græci vel Hebraici. Unde Pes Regius Babyloniorum potuit $\frac{9}{8}$ aut $\frac{18}{16}$ pedis

pedis Græci Anglicive. Ait enim *Clio Herodoti*, ὁ δὲ βασιλήϊος πῆχυς τῶν μετρίου ἐστὶ πήχεως μείζων τρισὶ δακτύλοισι. Hunc equidem cubitum hodieque demonstrant retractiones graduum marmoreorum, quibus ad molem Chilmenariam adscenditur prope Persepolin aut Istachram: itidem ut cætera omnia nobilissimæ illius ruinæ. Probe autem convenit cum cubito *Regio* Persarum *Niger* ille Mamonis Arabis. Uterque enim extendit palmos justos 6¾. aut digitos tales colligit 27, Uncias Anglicas Græcasve 20¼, pedemve Anglorum 1, 6875. Facile adeo mensuras Anglicas seu Græcas, Arabicas, & Babyloniorum veterum inter sese conferre ac definire.

13. Cubitus Hebraicus, אמה ἄμμα, *Jonathani* γαρμίδα גרמידא, *Oncelæ* ἀμμεθὰ, *LXX. Interpr. & Josepho certe* πῆχυς, *ut Gen. c. 6. 1. Reg. c. 6. & centies super Divina.* Cubitus Mosaicus, & Canon Ædis Vasorumque Sacrorum, Cubitus erat mediocris sive ἑξάδωρος. אמה בינונית רל׳ שש טפחים בכל סמקו, *Maimonides & Bartenorius ad Erubin, Succa & Celaim, aliosque aliquot*

quot codices Miſnæ: Scholia Talmudica Succa f. 4. b. & f. 5. b. Godolias in Chronico, Auctor glorioſus Silte Gibborim. Diuque ante iſtos R. Meiras Deuterota clariſſimus, Succa f. 5. b. & Gemara Babyl. Erubin f. 3. b. Cubitus Sapientium ſex palmorum compos, בת יו טפחים. 4 X 6 = 24 Pollices נדלין, 6 Palmi טפחים: 24 X 7 = 168 שערות hordea lata, aut 24 X 2 = 48 hordea longa. *Maimonides frequenter expertus, Hilcot Sepher Tora c. 9. & Godolias abs illo.* Attamen cubito parvo ſive πενταδώρῳ metitur *Judas*, princeps τῶν δευτερώσεων, tam vaſa ſacra, quam membra pleraque Grandis Altaris, *Succa T. B. f. 5.* Cubitus autem Gemaricus, ceu $\frac{144}{100} = \frac{6}{7}$ cubiti Bononienſis: *i. e.* quantum Seſquipes Rhinlandicus, ſive unciæ 18, 594 pedis Anglici. *Godolias qua potuit arte & induſtria.* Namque inſtauratores Templi Secundi, cauti nimis, pollice uno auxerant cubitum veterem ſive Moſaicum. Aurifabri etiam ſub Herodibus modulis vaſium Sacrorum dimidium pollicem addiderant. *Maſicta Celim c. 17. §. 9.* Cubitus denique ἱπ-

πάδωρ &

τάδωρος direxit Templum Propheticum *Ezech. c.* 40, excedens minimo *Regum Persarum* cubitum palmorum $6\frac{3}{4}$ ex §. 12: vel Arabum cubitum *nigrum* §. 14, 4.

14. Cubitus Arabicus. الذراع *Deraga*, aut mollius δερᾶ, à Punico זרוע, ὁ βραχίων Septem autem genera Cubitorum Arabicorum recenset *Calcosendius* Philologus. 1. Cubitus Homaræus, الذراع العمرية, $1\frac{2}{9}$ Cubiti communis & μετρίου, ذراع اليد. Hoc mensus est olim Homarus Ebn Cottabi spatium inter Basram & Cufam. 2. Hasemæus, الهاشمية, qui & Cubitus major الزيادة nuncupatur, digitorum 24. Digitus vero occupat 7 Hordea lata, aut 7X7=49 pilos burdonis. Illo vero Cubito æstimatio versat in Jure Mohammedico. Idem testatur *Maruphidas*. 3. Belalæus, البلالية, Hasemæo minor. 4. Cubitus Niger, الذراع السودا *Deraa Sauda*, Belalæo cedens digitis $2\frac{2}{3}$, ab Æthiope quodam Rasidi Principis à latere nomen & modum suum habet. Mensura ædificiorum, Nilometri, merciumque pretiosarum. Ferganius vero & Astronomi cæteri ejus ævi, ut Patro-

no suo obsequentes, usi sunt Cubitis Nigris, ubi gradum ambitus Terræ metiendo definierant. 5. Josippæus, اليوسفية, $\frac{2}{3}$ Digiti minor Cubito Nigro, & Canon ædificiorum Bagdadiorum. 6. Chorda sive Asaba, العصبة, brevior Cubito Nigro $1\frac{2}{3}$ digiti اصبع, Lælio Ebn Abi auctore. Usus ejus apud Claudios Babyloniæ كلواذا. 7. Maharanius Cubitus, الذذراع المهرانية, $2\frac{2}{3}$ Cubiti Nigri, fossis mensurandis Mamone Principe imperatus. *Ita doctissimus ille Calcosendius.* Alii autem Critici ac Geographi inter Arabas Cubitum dividunt in genera quatuor, in Antiquum, Recentem, Justum, & Nigrum. 1. Cubitus Antiquior Arabum الذراع القدما, qui & Hasemæus الهاشمية appellatur, & الملكية Regius *teste Geometra Goliano*, à Regibus Persiæ: tum abs Hasemidis, qui ejus usum foro commendaverant. Continet autem Cubitus vetus digitos latos 32 اصابع, hordeola juncta κτὶ πλάτος شعرات 192 = 32 X 6, aut setas equinas شعرات البردون 1152 = 32X6X6: $\frac{1}{3000}$ Milliaris Arabici, & $\frac{1}{9000}$ Parasangæ Persarum Arabumque. *Geometres*

metres Golianus, Abulphedas, Phiumius. Idem $1\frac{1}{3}$ Cubiti Juſti ذراع اليد: 8 Palmi Juſti ſeu Cabdæ قبضات = 6 & 2, 32 Digiti. *Geom. Gol.* Reperit autem Marufides intra Hagiam Sophiam à ſummo tholo ad pavimentum cubitos Haſemæos 78, aut beſſes 117. Evagrius noſter eidem eminentiæ tribuit pedes Græcos 180. Fornicem autem ejus pene rotundam Arabs idem deprehendit ad ſolum latitudine cubitorum Haſemæorum $44\frac{1}{2}$, ambitu 130. Latitudinem vero totius Templi non minus cubitis $93\frac{1}{2}$. Longitudinem denique Ædis pulcherrimæ explicare cubitos Haſemæos 101. Poteſt tamen ex modulo Marufidæ in *MS.* Arabico Bibliothecæ noſtræ Cubitus Haſemæus Uncias Anglicas 28, 9. 2. Cubitus Recentior, ذراع المحدثين, habet digitos 24, lata hordea mediocria 144=24X6, aut pilos Burdonios 864=24X6X6. $\frac{1}{4000}$ Milliaris Arabici الميل, & $\frac{1}{12000}$ Paraſangæ Perſarum Arabumque. *Iidem Scriptores Arabici. Necnon Edriſius Geographus: & Nothamus, Maſudius, Gagminius, ac Chafarius Aſtronomi.* 3. Cubitus

Juſtus & Mediocris, ſive à flexu brachii haud immodici, ذراع اليد العادلة. Cubitus ideo communior, μέσος idem dictione Herodoti: aut אמה בינונית, ut Rabini veteres ſunt locuti; aut Cubitus Virilis אמת איש, phraſi Legiſlatoris *Deut. c.* 3. 11. Continet autem Cubitus δίχας, ἢ μέτεως, ἢ μάλα κοινὸς, 6 palmos omnino juſtos ſive tot قبضات, 34 = 6X4 digitos اصابع, 144 = 24X6 hordea lata شعيرات, & 864 = 144X6 pilos veredi شعرات البردون. *Hæc etiam Metator Golianus.* Idem ذراع العباة Cubitus Vulgaris, necnon *Cubitus brevior* الذراع المكسرة, ex palmis ſex ستّ قبضات. Sic diſtinguitur à Cubito *Regio* & ἐπιλαδὸς ذراع الملك. *Lexici egregii fragm. inter Arabica Cl. Huntingtoni.* 4. Denique Cubitus Niger الذراع السودا, juſſu illuſtriſſimi Mamonis agris metiendis inſtitutus, tenet palmos Juſtos $6\frac{3}{4}$, digitos tales 27 = 24&3. Quæ ſunt Unciæ Anglicæ Græcæve $20\frac{1}{4}$. Tantus fuit & Cubitus Daricus. §. 12. Byſſus & merx pretioſior Bagdadi his cubitis veneunt. *Idem Scriptor ab optimo Golio ſervatus.* Cubitus autem *Raſaſæus*

aut

aut *Regius*, الذراع الملكية او الرشاشية, explicat tres Spithamas اشبار Cubiti Mediocris: valetque $\frac{1}{3}$ قامة Orgyiæ, aut ſtaturæ humanæ, aut menſuræ πτεχπήχεος. *Ita Edriſius.* Eſſet adeo ſecundum hunc Geographum altitudo humana, quanti pedes Anglici $6\frac{3}{4}$. Cubitus latomorum & lignariorum, pes $1\frac{1}{2}$, palmi 6: ſed Agrimenſorum Greſſus quam Cubitus communior, pedes 2, palmi 8, digiti 6, ſpithamæ $2\frac{2}{3}$. *Hero MS.*

15. Virga Anglica. 3 Pedes, 12 Palmi, 2 Cubiti, 4 Spithamæ, $\frac{4}{5}$ Ulnæ Anglicæ. Tantidem Paſſus Eccleſiaſticus, aut Dexter. Unde *Julianus Aſcalonita* definito dixit, βῆμα ἔχει πήχεις β'. πόδας δ'. παλαιστὰς ιβ'.

16. Paſſus Geometricus, ſive Agrimenſorum. 5 Pedes ſua gente. βῆμα ἁπλῶν. *MS. Vatic. & Hero.* 2 Greſſus ſive Paſſus parvi. β'. βήματα ἁπλᾶ *MSS. Hatton. & Vat.* Greſſus ſimplex βῆμα ἁπλῶν pedes $2\frac{1}{2}$, Spithamæ $3\frac{1}{3}$, palmi 10, digiti 40: ſed Greſſus duplex, Spithamæ $6\frac{2}{3}$, palmi 20, digiti 80. *Hero.* Paſſus Romanus,

eximie Passus, habet 5 Pedes Romanos. *Frontinus ait, & nemo nescit.*

17. Οργυιά. Brachiorum, præter pectus latum, extensio maxima. *Pollux, Hesych.* الباع βάγα Arabibus, & القامة ⲟⲩϩϥⲟⲧ Ægyptiis. Status (cogitate fratres) quantus est hominis, & maxime Crucifixi. *Vitruvius & Statuarii.* ὠλένη. Ulna adeo *Maroni & Servio.* Fathomus, Status, Toisa. *Anglis, Hispanis, Gallis.* ἑξάπους, ἑξάποδον, τετράπηχυ, *viz.* 6 pedes, 4 cubita, 8 Spithamæ. *Herodotus & Hesychius, si emendaveris: & MS. Vat. & Julianus Ascalonita.* Scias autem, ait architectus ille, 100 Orgyiis Geometricis confici Orgyias Simplices, ἢ ὀργυιὰς ἁπλᾶς 112. Orgyia, 24 Palmi, 72 Pollices sive Unciæ, 96 Digiti, 2 Virgæ τρίποδες ἤτοι διπήχεις. *Hero Barocii & MS. Gr. in Vaticano.* פישוט יריים, extensa brachia, 4 Cubita, ד׳ אמות, statura hominis, locusque ejus aptus κατὰ κύβον. *Doctores Urbis S. Erubin f.* 21. 4. Hinc muros Babylonios attollunt ad Orgyias Assyrias 50, aut ad Cubita Regia 200=4X50, testes antiqui & idonei *Ctesias & Herodotus.*

Quan-

Quanquam *Clitarchus, Strabo, Philo, Curtius, & Hyginus,* 50 Cubita ſubſtituunt pro tot Orgyiis Cteſianis: necnon loco 200 Cubitorum Herodoti reponere malunt *Plinius, Solinus, Oroſius, & Juvenalis Scholion,* Pedes ducentos. Spatia Sabbatina Orgyia ſive fune τετραπήχει menſurabantur. *Bartenorius alibi, tum Erubin c.* 5. 5. *ſerio adfirmat.* Orgyia Gromatica, pedes $6\frac{3}{4}$, Spithamæ Baſilicæ 9: παλαιστὴ ἢ γρόνθοι, ſive palmi aut pugni 27. plus pollice, ſuper pugnum omnem extremam extante, quantum efficiunt tres digiti lati; $\frac{1}{10}$ Funiculi ſive τῦ σχοινίου. *Hero falſus è MS.* Orgyia, pedes $4\frac{1}{2}$, palmi 18. *Hero Bembi.*

18. Novempeda Hebraica, ſive *Canna* ἑξάπηχυς Hebræorum. קנה, κενὴ. καλάμῳ *LXX. Interpr. & S. Hieron.* קניה καναὰ *Jonathani & Syro.* قصبة Caſaba *Arabi.* 36 Palmi ſeu טפחים δεπαχὺμ, 6 Cubita, 9 Pedes Hebraici, *Rabini ad Ezech. c.* 40. 5, 6. Canna autem Ezechielis ſuperat Calamum communem Hebræorum palmo unico, & 40. 5. prophetiarum ejus, porrigens palmos 37.

19. De-

19. Decempeda, seu Pertica Romana. 10 Pedes Romani, 120 Unciæ sive Pollices, 40 Palmi, $13\frac{1}{2}$ Spithamæ, $6\frac{2}{3}$ Cubita. *Hyginus, MSS. Hatton. & Trin.* Hinc Tiberius aliique proceri homines dicti *Malelæ* aliisque διμοιριαῖοι seu Bessales, tanquam alti pedes decem demto triente, *i. e.* statura pedum $6\frac{2}{3}$.

20. Decempeda Græca. ἄκαινα, μέτρον δεκάπουν, θεσσαλῶν εὕρημα. ϛ. *Apollonii.* Pariter de illa *Callimachus*, ἀμφότερον κέντρον τε βοῶν καὶ μέτρον ἀρούρης. ἄκαινα, 10 pedes Græci, 40 palmi, 160 digiti, $6\frac{2}{3}$ cubiti, & $1\frac{2}{3}$ orgyia. *MSS. Gr. Vatic. & Epiphanius MS. Schedæ amicissimi Rulæi, & illæ Cl. Saravii.* Item $\frac{1}{10}$ Plethri, $1\frac{2}{3}$ Orgyia. *Fragmenta Saraviana.* ἄκαινα, Canna Ægyptia, sive Decempeda Ægyptia. *Etym. m. & Epiphanius MS.* Huc accedat قصبة Casaba sive Canna Hacemæa, dicta ab Arabum Principe Hacemo Bimralla, conficiens 6 cubita Hasemæa secunduw Zegagium, aut cubita 5 Bochario Jurisconsulto; aut 8 cubita brachii justi sive communia, بذراع اليد العادلة. *Calcosendius.* Quinvero *Agrimensor*

ſor Golianus, Caſaba, inquit, ſive Calamus habet 7 cubita Haſemæa, 8 cubita hominis ſtatura juſta ذراع السمسى, & cubita Nigra $7\frac{1}{9}$ سوداء ذراع. ἄχαιναι, 12 pedes, 48 palmi, 192 digiti, 16 Spithamæ, 6 cubiti ſive greſſus, βήματα ἤτοι πήχεις, $2\frac{2}{3}$ orgyiæ, πάσσα aut Paſſus 2, Ampelos $2\frac{2}{3}$. Extendit enim Ampelus digitos 80, palmos 20, Spithamas $6\frac{2}{3}$, pedes 5, greſſus ſive cubitos $2\frac{1}{2}$, orgyiam $1\frac{1}{9}$ *Hæc talia Hero ſubditivus.*

21. Πλέθρον Græcorum, quod eſt ὁρόμημα. πέλεθρον *bono vati.* Latus Jugeri quadrati ex centumpedibus, h. e. $\frac{10000}{100}$ *Heſychius non inemendatus.* 100 pedes Græci, $66\frac{2}{3}$ cubiti, $16\frac{2}{3}$ orgyiæ, $\frac{1}{6}$ ſtadii, 400 palmi, 1600 digiti. *Herodotus, Heſychius iterum correctus, Suidas, Euſtathiuſque ex Apione & Herodoro. Necnon Didymus Aſulani Editoris ad* ιλ. ε. *&* ὀλ. λ. *& Fragmenta Rulæa & Saraviana.* 10 ἄχαιναι, *Schedæ eædem Cl. Rulæi.* τὸ πλέθρον ἔχει ἀχαίνας ι'. ὀργυὰς ις'. βήματα λ'. πήχεις ξ'. πόδας ς'. *Julianus Aſcalonita.* Proceritas non maxima palmarum Babyloniarum. *Xenophon in Cyro erudien-*

 do,

do, & Suidas. Quorſum pertinet Chaldæorum & Perſarum *Aſla* אשלא, اشل, ſive σχοῖνος, continens cubita Haſemæa 60: quæ producunt 80 cubita Staturæ juſtæ بذراع اليد العادلة. Verum Chalifæ Arabici pro Fune rectius mandarunt menſoribus ſuis السلسلة Catenam. *Maxime à Geometra Goliano.*

22. Stadium Græcum. στάδιον aut στάδιος, puta ἀγὼν vel πόπος. ὁρθὸς δρόμος *Jo. Tzetzes & Antonius MS.* Curriculum Pilæ ſtatutum. Stadium Olympicum: proprie Stadium. Vetuſtius στάδιος αὐλὸς & αὐλὼν, quaſi convallis anguſta. *v. Euſtath. ad Iliada, & Etym. m. è χ. Pindari.* 6 Plethra, 100 Orgyiæ, 400 Cubita, 600 Pedes, 800 Spithamæ, 600 X 4 = 2400 παλαισταὶ ſive Palmi, 9600 Digiti: Græca omnia. *Herodotus, Pollux, Hero, Gellius, Cenſorinus, Suidas, MSS. Rulæa & Pembrocia, Julianus, & Photius C P. Pæanius, Samenudius Ægyptius & N. Blemmidas MS.* 60 ἀκαίναι, *Fragmenta Rulæa. & Hero MS. & prius Julianus Aſcalonita.* Bemata ſive Greſſus 200. *Idem architectus.* ½ Dolichi,

Hero.

Hero. 120 Paſſus πενταπόδες Græcorum, 600 Pedes Anglici. Qua latitudine pandit hippodromion Conſtantinopolitanum, ſicut noſtrates illud ſunt dimenſi. Reperit tamen Cl. *Vernonius* Herodis Attici Stadium ad Iliſſum 630 Pedes Anglicos longum, puta ultra carceres & metam. Inſuper, teſte viro illuſtri ac pio D. *Whelero*, latus quodque Periboli τετραγωνίας Jovis Olympii (Trajanus poſuerat) prope Athenas explicat pedes 625. Tantidem adfirmat *Pauſanias*. Atqui vero Stadium Laodicenum 729 pedes Anglicos extenſum vidit & perambulavit *D. Thomas Smith*, humanarum rerum divinarumque ſcientiſſimus. Explicantur autem in ſtadio Græco 625 pedes Pliniani ac gromatici Romanorum, 125 Paſſus Romani, *Columella*, *Vitruvius*, *ſæpe Plin. Cenſorinus*, *Hyginus*, *S. Hieron. MSS. Savil. & Coll. Trin. & Hatt.* Sed pedes veri Romanorum 618, 556 $=\frac{1000\times600}{970}$, *ab abaco noſtro.* $\frac{1}{8}$ milliaris Romani, i. e. $\frac{5000}{625}$, ratione pedum Romanorum. *Strabo*, *Plutarchus*, *Polybius velut nunc extat*, *Dionyſius & Appianus*

Livio adjuncti, Hero, MS. Gr. Pembr. Frontinus, Plinius. MS. Savil. & Agathamerus. Stadiis autem Græcis loca Sacra dimetitur Fl. Joſephus, ſicut eadem Milliaribus ſive Signis Romanis Euſebius, & Hieronymus, & Jo. Phocas. $\frac{1}{13}$ ſive $\frac{2}{13}$ milliaris Romani, pedibus equidem Græcis æſtimati, haud Romanis. *Hero, Suidas, MS. Gr. Pembr. N. Blemmidas.* Prope verum ac rationibus Plinianis propius, $\frac{1}{7,68}$ milliaris Romani; vere tamen, $\frac{1}{776}$ milliaris Romani pedibus Græcorum ſupputati. Inde Plutarchus dixit milliare Italicum paulo minus eſſe quam ſtadia octo. Adhuc autem viſitur Conſtantinopoli Hippodromus latitudine στάδιον. Unde poteris de his certius judicare. $8\frac{1}{3334}$ Milliaris ſive Octaſtadii Græci, quod *Polybius* Romanis pedibus æſtimavit, *Strabone* equidem abuſum notante libro VII. *Galva* ſeu Stadium Arabicum, jactus maximus ſagittæ, longitudo Hippodromi, 400 cubita. *Phiumius, & Firauzabadius.* $\frac{1}{33}$ Paraſangæ juſtæ. *Pharabius. aliique* Stadium vero Commune ſive Furlongus legitimus

Anglo-

Anglorum explicat pedes Anglicos 660, Perticas Anglicas ἑνδεκαπήχεις 40. Stadium denique Pythicum non minus pedibus mille consumsit. *Censorinus.* στάδιον, الغلوه Galva, τόξευμα, 65 ἄκαιναι seu *Casabæ* majores قصبات, 85 *Casabæ* minores aut Perticæ, 400 Cubita. *Onom. Copt.* Galva, $\frac{1}{7.5}$ milliaris الميل. *Bar Bahlul.*

23. Stadium Talmudicorum. ריס aut רוס, ῥεῖσον ἢ ῥοῦσον, i. e. Curriculum à רוץ linguæ primæ. 266 רסו׳ Gressus פסיעות. *Ioma c. 7. & Iomtobus ad Baba cama c. 7. §. 10.* $\frac{1}{7.5}$ aut $\frac{2}{15}$ milliaris sui sive מיל. *Tanchumus, Godolias, & Talmudum Babylonium Baba mesia f. 33. 1.* στάδιον איצטדין *Talm. Jeros. Erubin f. 22. b.* 625 פסיעות gressuum minimorum sive pedum, & 125 passuum, *Cohen de Lara & Mosaphias.*

24. Δίαυλος, Cursus reciprocus. στάδιον διπλοῦν, ἢ τόπος διστάδιος, ἢ μακρὰ περιόδος. *Pollux, Suidas, ambo à* χ. *Aristophanis.* Duorum stadiorum ambulationis circuitio, *Vitruvius.* τὸ πληρῶσαι τὸ στάδιον τῷ δρόμῳ καὶ ὑποστρέψαι, χ. *Aristophanis, & Suidas.* 2. stadia, *Etym. m. & Fragmenta Saravii,*

& Jo. Tzetzes. 2X400 = 800 cubita. *Heſychius, & ϰ. Ariſtophanis recte accepti, quod eſt ω, ſive bis τ.* 250 paſſus Romani, 1250 pedes Romani. Ea quidem longitudine adhuc patet Diaulos Smyrnenſis, referente viro Clariſſ. *G. Whelero.*

25. Ἱππικὸν, ἱππικὸς δρόμος, *Pollux.* ἱππικὸν στάδιον, Circus equeſtris, ἱπποδρόμιον. 4 ſtadia, *Plutarchus in Solone.* Hippodromium Oenomai 4 ſtadia longum, latum unum. *Schedæ Saravii.* 500 paſſus Romani, 2500 pedes Romani. Sic eſt Circus Conſtantinopolitanus intra metas: at ultra eas paſſuum Romanorum 550.

26. Milliare aut Milliarium Romanum. Mille paſſus Romani. Proprie Milliare. μίλιον ἰταλικὸν, *Strabo, Plut. Polyb. Alii.* Inde מיל & ܡܝܠ Judæorum, Syrorum, Arabum. Lapis aut Columna inſcripta numero Milliariorum, præſertim Gracho ponente. σημεῖον igitur *Euſebio in Geographia S. & in Cæſare Pæanii.* $\frac{1}{3,75}$ Paraſangæ, *Strabo.* 5000 Pedes Romani, 1000 Paſſus Romani. *Frontinus, Hyginus, Plinius, mille alii.* 8 Stadia Græca, ſingula

ex

ex pedibus Romanis 625; cuncta pedum Romanorum 5000=625X8. *Columella l.* 5. *c.* 6. *Polybius tertio* ὑπομελῶς, *Strabo ſeptimo, Plinius l.* 2. *c.* 13. *& l.* 6. *c.* 26. *de Babylone poſt Herodotum, paſſimque Naturæ ejus; Frontinus, Hyginus, Gromatici cuncti, Vitruvius l.* 1. *c.* 6. *Hero, Suidas, Theophilus IC. Agathemerus Geographus, Pæanius, MS. Gr. ex Pembrochianis. Item Polybius, Plut. & Appianus cum Livio compoſiti.* Verum non homines ſoli, ſed & lapides hoc loquuntur olim ac nuper eruti: ut in via Valeria, columnæ 38 & 41: aliæ in Appia, in Latina, in aliis viabus à Portis veteris Urbis, ut recte probavit Cl. *Fabretus*, non à Milliario Aureo ſub æde Saturni emenſæ. Ecce alia argumenta hujus moduli. Aquarum Claudiæ & Anienis fontes, hic 45 milliario, 62 ille à Roma abſens. *I. Frontinus, & ipſi Claudio inſcriptus lapis.* Piſcina Claudiæ ad VII. ab Urbe milliarium, *Idem Aquæ ductor, & Fabretus* αὐτόπτης. Oſtia Tiberina XVI M. P. ab eadem recedere. *Antoninus, quem vocant, Tabula Peutingeri, & bona fides*

fides Fabreti. Roma Decimum via Latina 10 M. P. *Antoninus.* Brundiſio Hydrunta per Lupias 50 M. P. *Plinius, & Antoninus.* Roma trans Rubras ad Viceſimum, 20 M. P. *Iter Hieroſol. Pithœi.* Bononia Mutinam 25 milliaria Romana. *Antoninus.* 24 Mutinenſia, 24,911 Veſpaſianica Villalpandi, 19⅔ Bononienſia. *Ricciolus, ab Aſinella ad turrem Mutinenſem ſæpe ac diligenter intercepto ſpatio.* Thuriis Viceſimum, 20 M. P. *Antoninus.* Malliis Columnam Rhegiam 14. M. P. *Antoninus ſemel iterumque.* Columnæ milliariæ in via Emerita Hiſpanorum. Fretum Gaditanum latum inter Mellarium & Promontorium Album 5 M. P. *Plinius à Turanio indigena.* Freti Siculi latitudo minima ſtadia 11. *Timoſthenes.* Columnam Rhegiam à Peloro 12 ſtadia, 1500 paſſus Romani, *Polybius, Plinius, Martianus, & ferme Cluverius.* Peloro Meſſanam 12 M. P. *Antoninus, Edriſius Arabs, & P. Cluverius, Siciliæ totius perdiligentes metatores.* Lilybæo Pachynum 1600 ſtadia, 200 milliaria. *Timoſthenes, Plinius, Martianus:*

tianus: atque 1520 ſtadia, 190 M. P. *Agathemerus & Cluverius.* Iſthmi Corinthiaci anguſtiæ per Iſthmum oppidum obſervatæ, 4 M. P. *Mela, Solinus*: 5. M. P. 40 ſtadia. *Strabo, Plin. & Lucianus numero forte reſtituto.* Sed per oppidum Hexamilion tranſacta menſura, 6 M. P. *Geographus Nubæus, & Viatores juniores.* Jerichunte Jordanem 60 ſtadia, 7½ milliaria. *Joſephus & Itineraria ſacra.* Hieroſolyma Bethlehemam, 6 M. P. 2 Paraſangæ. *Euſebius Epiſcopus Cæſareæ Palæſtinæ, B. Hieronymus Rector Bethlehemicus, ejuſque hoſpes bonus S. Severus: Johannes Phocas, Epiphanius Hagiopolita, Itinerarium Hieroſol. Pithoei, Hegeſippus recentior, Benjaminus Judæus; Edriſius & Mohallius Arabes.* Ut pudor ſit non credere. In Britannia à Lapide Londinio Verolamium per Suttoniaca 21 milliaria Romana. *Antoninus.* 20,37 milliaria Geometrica Angliæ, *Menſores noviſſimi.* Minimus trajectus è Gallia, Geſſoriaco Rutupium, quod eſt de Bononia Richburgum uſque, 450 ſtadia Græca, 56¼ milliaria Romana. *Dio,*

& Itinerarium Antonini. Certius autem reſtituetur ratio milliaria vetuſque ſimul ſtadiaſmus, ſi locorum prædictorum diſtantiæ jam ævo noſtro obſerventur: vulgares equidem rotis ubi licet metatoriis, quam veræ per artem Trigonometricam. Huc demum unum ex deperditis adjiciam propter loci famam eximiam. Babylona itaque ad Euphraten ambiit olim murus quadratus ſtadiis Græcis 480, aut milliariis Romanis 60. *Herodotus, Plinius, Solinus, Philoſtratus Lemnius, Scholiaſtes vetus Juvenalis, Julianus imperator, & diſertiſſime noſter Hieronymus ad Eſaiæ c.*14. At vero ſtadia idem comprehendit 360, quot ſunt partes circuli Zodiaci ſive anni Tropici apud Chaldæos: & 45 milliaria Romana, & ἡμεροδρόμιον forte Camelorum. *Cteſias qui urbem viderat, Philo Byzantius, Hyginus reſtitutus, & Tzetzes Chiliaſta.* Vel denique perimeter Babylonis conſumſit ſtadia 365, tot nimirum dies colligit annus Nabonaſſareus ac vetuſtiſſimus Civilium, aut milliaria Romana 45, 625. *Clitarchus & milites Alexan-*

Alexandri Magni, Strabo & Curtius emendati, & tandem Eustathius. Denique 400 stadia, 50 M. P. Romanorum. *Dio Cassius solus.* Sed hinc pergo. Milliare Romanum facit $7\frac{1}{2}$ Stadia Græca, quævis pedum Græcorum 600, cuncta pedum 4500= 600X$7\frac{1}{2}$: & $\frac{1}{4}$ Parasangæ, & 750 Orgyias. *Hero idem in Geodæsia, Hesychius correctus, Dio Cassius, S. Chrysostomus ad Evang. Julianus IC. G. Syncellus. MSS. Gr. Illustriss. virorum H. Savilii & T. Bodlii, Schedæ amicissimi Rulæi, Suidas etiam correctus, Rabini Judæorum, & Nic. Blemmidas MS.* μίλιον, 45 Plethra. 450 ἄκαιναι. 750 ὀργυιαί. 1800 βήματα, Gressus. 3000 πήχεις. 4500 πόδες. *Schedæ Rulæi modo Græcanico, Herones Bodlianus & Bembinus.* τὸ μίλιον, 6000 σπιθαμαί. 18000 παλαιςαί. 72000 δάκτυλοι. 1000 ὀργυιαί. 2250 βήματα ἢ πήχεις. 900 ἄμπελοι. 750 πάσσα. 375 ἄκαιναι. $\frac{375}{100}$=$3\frac{3}{4}$ πλέθρα. $7\frac{1}{2}$ ςάδια. *Hero recens è 3 MSS.* τὸ μίλιον ἔχει ςάδια ͵ζϛ̈. πόδας ͵δφ. τὸ δὲ ῥωμαϊκὸν μίλιον ἔχει πόδας ͵ε ῡ. *Codex Bembinus.* τὸ νῦν μίλιον, ἤτοι τ̄ ͵ζϛ̈ ςαδίων, ἔχει ὀργυιὰς μὲν γεωμητρικὰς ψν'. ἁπλᾶς δὲ ω̄ μ̄, βήματα ͵αφ, πήχεις ͵ς. κατὰ δὲ

τὴν ἐρατοσθένην καὶ στράβωνα γεωγράφους τὸ μίλιον ἔχει στάδιους ή, ϛ' sive 8⅓. ἤτοι ὀργυιὰς ωλϛ. *Julianus architectus.* Compertum enim est ex Itinerario Antonini, quod adpellant, è Tabulis Peutingeri & ab Historicis Byzantinis, vergentis Imperii Romani nummos, artes, ingenia & majestatem, ita & spatia milliaria sensim decrevisse. Hoc etiam nimis quam quæsivit Mensorum Cursorumque publicorum fraus & avarities. Dein μίλιον 7,68 Stadia Græca, pedum quævis Græcorum 600, simul pedum 4800=600X7,68: $\frac{1}{3,9}$ Parasangæ, *Plinius Suidas, & G. Agricola.* 7,76 Stadia Græca, singula 606,25 pedum Græcorum Anglicorumve: simul omnia pedum 4850 =606,25X7,76. *Ab abaco nostro.* Imo idem computus placuit jam olim J. Cæsari. Unde ille in extremo Civilium χῶμα ἑπταστάδιον, quo Pharon Ægyptiam Alexandriæ suæ adjunctam norunt viatores, *Strabo, Josephus* & centum alii, nongentis Passubus Romanis æque æstimavit. μίλιον ἰταλικὸν, paulo minus quam stadia octo, viri proximus *Plutarchus.* 7 Stadia decursa

curſa, Alexandrina credam an vere Herculea? 42 Plethra, 420 Acænæ, 700 Orgyiæ, 1680 Greſſus, 2800 Cubita, 4200 Pedes, 5600 Spithamæ, 16800 Palmi, 67200 Digiti. *Schedæ elegantiſſimi Saravii.* Pariter *Samenudio* Ægyptio MS. μίλιον, 7 Stadia ſeu Galvæ غلوات 600 Perticæ πεντα-πήχεις aut Caſabæ قصبات, Cubita 3000= 600X5, ⅓ Paraſangæ. Milliare vero Polybianum, *Strabone* quidem referente, ne vix *Polybio* ipſo, producit Stadia 8⅓ pedibus Romanis æſtimata: quæ ſunt Plethra 50=48+2, Pedes 5000=4800+200. Milliare Italicum 3000 brachia Florentina. *Illuſtris Dudleius.* Milliare الميل, 7½ ſtadia غلوات, 4000 cubita, ⅓ paraſangæ, 96000 digiti, 576000 hordeola. *Bar Bahlul.* Milliare, ⅓ paraſangæ, 7 1/11 ſtadia, 3000 cubita priſca, 600 Caſabæ aut Cannæ quinquecubitales. *Onom. Copt.* 1000 Hatuæ خطوات paſſus ſeu greſſus graves. *Bar Bahlul.*

27. Milliare Geometricum Angliæ. Idem Octaſtadium Græcorum, 5000 Pedibus Græcis, aut 10000 Semipedibus Anglicis exporrectum: qui faciunt *Nobis*

Pedes Romanos 5155. Semip. 10·310. *Plinio* Ped. 5208. Semip. 10·416. Pedes vero Catholicos 4583,1046. Semip. 9·166. & Pedes Parisinos 4690,4315. Semip. 9·381. & Bononiæ Pedes 4152,89. Semipedes 8304·8. Idem denique de circuitu Terræ totius $\frac{1}{73,4}$ gradus unici aufert.

28. Milliare vero Commune & Legitimum Angliæ continet octo stadia Anglica, sive totidem Furlongos perticarum quotque quadraginta: Perticas ἑνδεκαπήχεις 320=40X8: Fathomos sive Hexapedas 880, Passus πεντάποδας 1056, Ulnas πεντασπιθάμους 1408: Aut Virgas τρίποδας 1760, Cubita δισπίθαμα 3520. Pedes 5280, Spithamas 7040, Palmos 21120, Uncias 63360, & Hordea longa 190080.

20. Milliare Talmudicum. המיל & מילא, μίλιον vetustissimi Interpretis c. 5,41. Evangelii κατὰ ματθαῖον, & ubique Codicum Talmudicorum. Mille passus Romani. Namque obsecuta est gens infelix metatoribus Augustis. 7½ Stadia aut Risa רוסין. Octans intervalli istius, quod Emmaunta seu Nicopolin dirimit ab Hierosolyma.

S. Lucas

S. Lucas c. 24 *Evang. & Joſephus Bellorum ultimo, & Viatores Sacri.* Aut à Jerichunte Jordanem: *Idem Flavius & Epiph. Hagiopolita.* Nam utrobique $\frac{60}{7\frac{1}{2}}$=8patent ſtadia.

30. Milliare Hebraicum, σαββάτου ὁδὸς in Actis Apoſtolicis: Limes Sabbatinus, תחום השבת Scribarum antiquiſſimorum decreto, 2000 Cubita, אלפים אמה: ¼ Paraſangæ aut פרסה, 12000 Palmi ἡ δεκαχίλια =2000X6. *Tanchumus in Lexico Talmudico, Chronicon Godoliæ f.* 90. *Fuſe Maimonides Hilcot Sabbat. c.* 27. *Idem ille Moſes & Obadias B. ad Baba Cama c.* 77. *Mecilta egregie f.* 20. *Midbar rabba f.* 211. *Semotque rabba. f.* 159. *Gemara Babylonia Sota f.* 27. *b. &* 42. *Baba Meſia f.* 33. *& Peſachim f.* 93. *b. Tanchuma, Conditor Aruc. Sal. Jarchius, & D. Cimchius ad Joſ. c.* 3. 4. *& ante hos omnes Sacerdotii Judaici decus ultimum Fl. Joſephus. Item Deuterotæ priſci Maſſicta Erubin c.* 4. *& c.* 5. *Et ab iſtis præſertim à R. Aquiba noſter Hieronymus Quæſt. Algaſianarum decima.* Ubi Pedes minute legimus pro Paſſus aut juſtius πήχεις. Sic enim viderat

beatus

beatus *Eucherius*. Tantum sane jam olim definite dixerat celebris ille Aquibas Massicta *Erub. c.* 5. ר עקיבא אומר אין לו ממקום עירובו אלא אלפים אמה. Quare Oecumenius, Rabanismo quasi calens, initio Act. S. μίλιον ἓν ἢ τοῦ σαββάτου ὁδὸς, ὥς φησιν ὠριγένης ἐν τῷ ἑστρωματεῖ, διχιλίων πηχῶν ὑπῆρχε. καὶ μᾶλλον ἡ ἁγία σκηνὴ καὶ κιβωτὸς τοσοῦτο διάστημα προελάμβανε τὴν παρεμβολήν, Jos. c. 3. 2000 Gressus mediocres, βήματα ἁπλᾶ ἤτοι πηχυαῖα, פסיעות בינוניות, σαββατοπορία. *Maimonides in Iad, Talm. Babyl. in Erubin f.* 42. *& Festus ad Baba Cama c.* 7. §. 10. Quantum distant in monte Olivarum vestigia ultima Servatoris, unde cœlos repetebat, ab urbe Hierosolyma, iter Sabbati, *Act.* 1. 12. Syrus ponit ἑπταστάδιον; at Fl. Josephus certius ac æquius πενταστάδιον eo invervallo. Nam pedes $\frac{3000}{600}$ reddunt 5 stadia. Basis autem Orientalis ejusdem montis 15 stadia, nihil minus, ab urbe Sacra distans. *S. Joh. c.* 11. *S. Hieron. & Jo. Phocas.* Suburbium denique legitimum, מגרש העיר, 2000 Cubita undique protendit, *Num.* 35. 5. imo v. 4. secundum Fl. Josephum & Interpr.

terpr. LXX. & Josen Galilæum. *Jeros. Erub. f. 23. c. & Bab. titulo eodem.* h. e. Ped. Anglicos 3000. Quanta equidem distantia inter Arcam Divinam & populum rite observabatur. *Jos. c. 3. 4. & Exodi grandis f. 159. d.*

31. Milliare Arabicum, الميل, continet 3000 Cubitos Priscos aut Hasemæos اذرع القدما واذرع بني هاشم: Novos vero Cubitos اذرع المحدثين omnino 4000; partitione quidem Cubiti variante, non spatio milliari olim aut nuper. *Abulphedas, Firauzabadius, Fiumius, Alis Cuxius è Persis, A. Chaias Judæus, Ferganius, Nothamus, Gagminius, Chasarius, & alii Astronomi Arabum.* ⅓ Parasangæ فرسخ, 4000 X 24 = 3000 X 32 = 9600 Digiti اصابع, 6 X 9600 = 576000 hordea lata شعيرات, & setæ equinæ 3456000, tam majoribus Arabum quam junioribus. *Scriptores iidem, & Masudius. Et Alides Syrus, aliusque Criticus Syriacus in Bibl. pretiosa Clarissimi Huntingtoni, & Lexidion Nigmatallah.* Milliare autem Arabicum Ferganii & Masudii Astrophilorum cepit 4000 Cubita Mamonia sive Nigra, quæ vocantur, بذراع سودا

سودا; *Ipsis testibus.* At vero 4000 Cubitis Justis sive communibus, بذراع اليد, milliare patrium æstimat *Mansurius* mathematicus haud ignobilis. Milliare Arabicum 4000 Gressus حطوات, *Ectharius.* Hoc insuper tenebitis, Edrisium, Haucalidam, Abulphedam, & plerosque Scriptores Arabicos, dum maxime intra Imperium Romanum versantur, referre milliaria mitiora, & Romana potius quam sua. Idem faciunt Judæi in Talmudis & extra ista, ut viator Tudelensis aliique. Verum ut peregrina illa detexam, Milliare Arabicum expendit pedes Arabicos 6000, aut 576000 hordea lata: pedes autem Græcos Anglicosve 6605=1100, 917 in 6. Hoc ostendimus Tab. 1.

32. Δόλιχος, μακρὸς δρόμος, *Pollux.* ἱπποδρόμιον, *Suidas.* 12 Stadia, 1200 Orgyiæ, 4800 Cubita Græca. *Hero, & Schedæ ampliss. Saravii.* In directum id putant aliqui, ut à calce ad carceres confierent revertendo Stadia 24. Hoc maluit *Suidas.* Pariter *Jo. Tzetzes* versu politico, ὁ τέτρωρος ἦν δρόμος δὲ καμπτήρων δωδεκάδος.

Alio

Alio tamen ille dixerat, ὁ δολιχὸς ἐπιδρομὸς· τρεῖς δὲ καμπὰς εἶχεν, ἡ τὸ καμπτῆρος ἥμισυ.

33. Leuga Gallorum, *Ammianus, Jornandes, Tabulæ Peutingeri, & MS. Savilianum, & Heſychius repurgatus.* Leuca, *S. Hieronymus, Iſidorus, Ingulphus, alii ſexcenti.* Leva, Leuva, & Leove. *Beda, Gromatici juniores, Gloſſæ Saxonicæ, Nithardus, Ivo.* Lieue in ore *Francorum,* League *Anglo,* Lega *Hiſpano.* Leuga à Germanorum *Lugen,* quantum telluris oculi facile proſpiciunt: ceu ميل من البصر apud Grammaticos Arabum. Aut à *Legen* requieſcere. Malunt alii à *Liech* Celtico deducere, quod eſt lapis. Seſquimilliare Romanum. 12 Stadia: ſicut & Dolichus Græcorum & Leuca Japonum. 1500 Paſſus, aut 7500 Pedes Romani. *Ammianus ſexto, Jornandes decimoſexto, Æthicus, Antonini Itinerarium quod vocatur, Iſidorus, MSS. Saviliana.* 2 Milliaria. *Ingulphus.* 2 Milliaria Italica. *Hodieque circa Pariſios.* Tantæ & Coſæ Mogolorum.

34. Leuga terreſtris Hiſpanorum. 3 Milliaria Italica. *Leges & Geographi Hiſpaniæ.*

spaniæ. Quanta & Leuca Bulgarica, & Sinensium Pu, i. e. Columna ad decimum Li extans. Li autem validæ vocis spatium, positis, ut solent, ordine nunciis. Pu præterea æstimatur octans itineris diurni sive Can. *v. Martinium Historiæ Sinicæ Atlantem.*

35. Leuca maritima Hispanorum, imo terrestris Leuca *Lud. Nonii.* Item Rasta, i. e. requies sive mansio Germanorum: cujus meminit *S. Hieronymus* ad ultima Joelis. 4 Milliaria Italica, *Scriptores plerique utriusque populi.*

36. Parasanga communior breviorque Persarum. ὁ ἁπλοῦς. Persis ipsis فرسنگ *Pharsanc*, i. e. *parva missio*, quod interpretor, ἀγγελία μικρὰ ἤτοι ἀποστόλιον: *Iter horarium tabellarii peditis.* Inde Arabibus فرسخ *Pharsach*: Judæisq; Es. c. 10. 32. & passim Talmudis פרסה *Pharsa.* Eadem Stadium aut اهلنا Syrorum catachresi. σχοῖνος περσικὸς, *Etym.* M. *& Plinius l.* 5. *c.* 10. *& MS. Hatton.* ἀναπαυλος, *Agathias.* Schoenus *Marino & Ptolemæo* Geographis, 30 stadia. 30 Stadia Attica, *Herodotus*

dotus plus ſemel, Xenophon, Artemidorus, Strabo, Cl. Ptolemæus, Heſychius, Agathias, Photius, Suidas, Etym. M. Hero MS. Fragm. Saraviana. Nam quidam Perſarum & Babyloniorum Paraſangas ſibi ad 40, imo ad 60 tendunt Stadia. *Strabo l.* 11. *ex Patrocle: Euſtathius, Harmenopulus, alii ex Strabone.* Vide §. ſequentem. $\frac{1}{56}$ fere Stathmi Perſici ſive itineris diurni. *Xenophon.* Quaſi $\frac{1}{5}$ Stathmi Perſici. *Herodotus.* Paulo plus quam 30 Stadia. *Agathemerus in Compendio Geographiæ.* 3,75. Milliaria Romana $=\frac{30}{8}$. *Strabo, aliique.* 3,9 $=\frac{30}{7,68}$ ἤγγιστα Milliaria Rom. *Nos.* 3 Milliaria Italica. *Giggeius & Golius viri clariſſimi.* 3 Milliaria Haſemæa aut Cufæa, اميال هاشمية, tam recentioribus Arabum quam antiquis: at vero eadem capit 9000 cubita priſca, recentia 12000. *Abulphedas Epiphaniæ nec minus Geographiæ Arabicæ princeps, Edriſius: Jeſus Alides inter Syros: Camuſi conditor, Phiumius ex Criticis Arabum: Compendia Lexici Gauharii, Lexicon aliud egregium inter Arabica Cl. Huntingtoni, Catena Syriaca in N. T. Abulpharagus in A-*

ſtronomia ſua, Maſudius ad Syntaxin Ptol. & Samenudius. 9000 Cubita اذراع priſca Arabum ex digitis 32, *Abulphedas.* 30 غلوات ſive τοξεύματα, *Phiumius.* Verum 25 *Galvæ* ſive Stadia, Paraſanga juſta. *Pharabius & alii Philologi Arabum.* 12000 Cubita Nova, ſingula digitorum 24 = 9000 X $\frac{4}{3}$. *Abulphedas, Lexicographus Syrus Bibl. Huntingtonianæ, Edriſius ille Geographus, Alis Coxius, Geometres Golianus, Firauzabadius Criticus, Talmudum Babylonium Peſacinf.* 94. *P. Aquinas in Lexico, Chordadebius in Itinerario.* $\frac{1}{8}$ Marhalæ المرحلة aut المحطة Mahattæ, i. e. itineris diurni. *Abulphedas.* At $\frac{1}{10}$ Marhalæ. *Edriſius.* $\frac{1}{4}$ Baridi البريد Stationis Curſorum publicorum. *Sehaboddinus.* $\frac{1}{5}$ aut $\frac{1}{4}$ Baridi *Firauzab. & alii.* 288000 Digiti اصبعا *Abulphedas.* 1728000 hordeo lata شعيرات, *Idem.*

37. Atvero Pharſanga ſive παρασάγγης, 4 milliaria מילין ex milliari $7\frac{1}{2}$ ſtadiorum: ut ſub Imperatoribus Conſtantinopolitanis id patuit. 4 X 2000 = 8000 Cubita אמות. 4 X $7\frac{1}{2}$ Stadia רוסין. *Tanchumus,*

Zacu-

Zacutus, Elias Germanus & Moſaphias Lexicographi e Judæis. Sal. Jarchius, Gloſſator alius Talmudi in Megilla & Sabbat & Peſachin: & Benjaminus Tudelenſis in tota ſua peregrinatione, & ante illum Feſanus in Beracot: Maimonides in Tephillin c. 4. §. 2. Hero recens in Metricis MS Gr. Pariter χοινίκων Oſſenorum (factio hæc fuit Judaica in Ituræa) valuit 4 milliaria. *Epiphanius p. 42. Panarii ſui, & MS. Hatton. & fragmenta Græca illuſtris Saravii & Hero MS.* Eodem modo in Antonini, quod fertur, Itinerario, *Caſio Pentaſchoenon* 4X5=20 M. P. quod eſt, 30X5=4X7, 5: X5=150.

38. Σχοῖνος, Funis Ægyptiacus, Paraſanga Ægyptiaca. *Etym.* M. Schoenus major Ægyptiorum, 2 Paraſangæ Perſicæ, 60 Stadia Attica. *Herodotus, Strabo, Etym.* M. *& Euſtathius, & Cl. Ptolemæus in Geographumenis.* Schoenus minor Ægyptiorum & Babyloniorum, ex rationibus Eratoſthenis & Theophanis, 40 ſtadia. *Plinius l. 12. c. 13. Strabo l. 11. Euſtathius, Etym.* M. $\frac{40}{8}$=5 milliaria Italica. *Plinius ibidem.*

bidem. Variabant enim Schoeni per Ægyptum Geometriæ matrem jam à multis ſæculis, fide *Strabonis* metatoris. Ille equidem à Delta ſummo Memphin dirimit Schoenis 3: *Edriſius* eandem tribus paraſangis; *Plinius* vero P. M. 15.

39. Σταθμός, Statio, Manſio, Diæta. מהלך יום Judæis. المرحلة *Marhala*, & المسيرة. Iter equeſtre unius diei. Quantitate adeo varia quam extant diverſa ſitu Diverſoria publica. Stathmus in Itinerario Benjamini Tudelenſis eſt quaſi 25 milliaria Romana, ſi cum Antonini Stationibus conferatur. σταθμὸς περσικὸς, 150 ſtadia, 5 Paraſangæ. *Herodotus*, *Xenophon.* Quantum a Jordane diſtat Jeroſolyma. *Sol. Jarchius ad Eſ. c.* 24 16. *Abulphedæ* & nonnunquam *Edriſio* milliaria 24, paraſangæ 8. *Edriſio* quandoque & *Mohallio* milliaria 30, paraſangæ 10. *Birunius* vero perite adimit quintam itineris partem, ut ex viis publicis dignoſcantur rectæ locorum diſtantiæ: contentus itaque 25 milliaribus quotidiano labore. Iter diei, 210 ſtadia, quaſi milliaria 26, 25.

Pro-

Procopius. Iter pedeſtre unius diei cenſuit & Juriſconſultus & Miles Romanus 20 M. P. aut Stadiis 150. *Caius*, *Livius*, *Polybius*, *ſed & Herodotus.*

40. Δρόμος, νυχθημέρου πλοῦς. البحری *Mogra.* Curſus navis ſpatio 24 horarum. Valet ille *Edriſio* & *Abulphedæ* 100 milliaria, aut quaſi ſeſquigradum ambitus noſtri Globi; plus *Herodoto* & *Polybio.* Incerta tamen ſunt itinera maritima & infida, tanquam unda.

41. Ambitus denique Orbis terrarum aquarumque, quem Deo faciente incolimus. Nobilis profecto & digna Regibus contemplatio: necnon Menſurarum omnium ſecum invicem conciliandarum modus optimus maximus. Præſertim ſi unius gradus ſpatium in Circulo Maximo Terræ pedibus Catholicis æſtimare, Geometrarum undique voluntas eſſet & conſenſus bonus.

1. Eratoſthenes autem Cyrenæus, excellentis vir ingenii, eruditionis diffuſæ, & ampliſſimæ hujus Geometriæ dux, annis 240 ante Chriſtum natum expertu

fuit gradum unum Circuli Meridiani consumere stadia Græca 700, aut 87,5 octostadia; 420000 pedes Græcos Anglicosve, aut 84 milliaria Geometrica Angliæ expedibus Anglicis 5000. Peripheriam adeo totam explicare stadia 252000, octastadia 31500, pedes Græcos aut Anglicos 151200000, milliaria Geomet. Angliæ 30240. Et Semidiametrum terræ constare stadiis 40090,5, octastadiis 5411 $\frac{4}{11}$, pedibus Græcis 24054300, milliaribus Geom. Angliæ 4815. Hunc igitur Philologum sponte sua sequuntur *Strabo, Geminus, Agathemerus, Vitruvius, Censorinus, Macrobius, & alii.* Attamen eum epilogismum quicquid excesserit, Aristotelis fuerit aut Hipparchi aut Plinii, certæ mendæ paret. Quinimo quantum Musa Eratosthenis sit scaphio sciothero abusa, aut ab intervallo vero Alexandriæ Ægyptiæ Syenesque erraverit P. Nonius, W. Snellius, B. Ricciolus, & alii jam adnotarunt.

2. Deinde Posidonius tempore Sullæ satis clarus; post eum Marinus Tyrius, & tan-

tandem Claudius Ptolemæus ſub Antoninis primis, ſedulis omnes menſurationibus repererunt in uno gradu Circuli Meridiani 500 ſtadia, 62,5 octaſtadia, 300000 pedes Græcos aut Anglicos, 60 milliaria Anglica ex pedibus 5000. In toto terræ ambitu ſtadia 180000=3750X48, octaſtadia 22500, pedes Græcorum 10800000, milliaria Geometrica Angliæ 21600. Hinc à facie ad centrum terræ 28647,8 ſtadia, octaſtadia vero 3580,98. pedes Græci 17188732, milliaria Geometrica Anglorum 3437,7. Hunc modum tenent *M. Capella, Theo junior, R. Hueſius, & plerique omnes Geographi Nautæque Britannici.*

3. Aſtronomi bene multi, ut Sahelida, Moſidæ, &c. jubente Mamone Chalifarum literatiſſimo, in campis Singaricis anno CHRISTI 830, uno gradu Meridiani Circuli intercipi viderant $56\frac{2}{3}$ milliaria Arabica pedum Arabicorum 6000. aut digitorum 96000, aut hordeorum latorum 576000: quæ ſunt 453 octantes milliaris Arabici, aut $18\frac{5}{9}$ Paralangæ τειμίλιοι

μίλιοι Arabum. Hoc referunt probantque *Astronomus Ferganius ejusdem sæculi honos, Mohallius: & nobilissimi viri Ismaelus Abulphedas & Ologbecus Sahruchida: Aburihanus, Casvinius, Scriptores alii Arabum & Persarum, & ex Latinis Jo. Campanus.* Verum 56⅔ milliaria communia Arabum continent 340000 pedes Arabicos aut besses cubiti Arab. latitudine 96 hordeorum porrecti: 374312,086 pedes Græcos Anglicosve: 74,8625 milliaria Geometrica ex pedibus Anglicis 5000, 68 milliaria Geometrica ex pedibus Arabicis 5000; non ex tot Italicis, ut maluerunt expediti causa *Campanus, Maurolycus, & Fernelius.* Ex rationibus itaque Mamonis ambiunt Tellurem milliaria communia Arabum 20400, istius milliaris octantes 163200, pedes Arab. 122400000, milliaria Anglorum Geometrica 26949,6. Arabum milliaria Geometrica ex pedibus Arabicis 5000, aio 24480. Semidiametro denique terrestri milliaria communia Arabum imputarunt 3246,78, pedes Arabicos 19480680, milliaria

liaria Geomet. Arabum 3896,113. Anglorum vero milliaria Geometrica 4289,021.

4. Hasanus, Abuhamedus, Vitelliusque Optici certa veterique apodixi: necnon Nodhamus, Masudius, & Chasarius Astronomi celebres, capta distantia inter Cutam & Medinam; Syrorum doctissimus Gregorius Abulpharagus, & Gagminius ex Astronomis Ologbecicis, gradui cuilibet Circuli Meridiani largiuntur $66\frac{2}{3}$ milliaria Arabica, atque Parasangas adeo Arabum ac Persarum $22\frac{2}{3}$: quæ conficiunt pedes Anglicos Græcosve 367000, aut stadia Græca $611\frac{1}{3}$, aut milliaria Geometrica Anglorum ex pedibus 5000 non minus quam 73,4. Atque milliaria Catholica ex pedibus Catholicis 5000, certe 67,40128. Scire autem expedit, quoties milliaria Romana suis cubitibus distribuant Arabes, aut ipsius cubiti mensura inter se dissentiant. His enim consuetior cubitus Regius, Niger illis. Justum & mediocrem volunt geodetæ alii, ac nonnulli brachii Regii dodrante solo utuntur. Circumeunt porro iidem præcla-

ri viri totum hunc Globum milliaribus communibus Arabum 24000, aut paraſangis 8000. Quo etiam tendunt pedes Græci Anglicive 132120000, aut ſtadia Græca 220200, aut milliaria Geometrica Angliæ 26424: milliaria vero Catholica 24264,4628. Et ratione conſimili ad terram mediam penetrant milliaribus communibus Arabum 3819,768, aut paraſangis 1273,256; milliaribus Geometricis Anglorum 42075,51, milliaribuſq; Catholicis 3861,725. Manſurius vero ab experimentis quibuſdam ſupponit ſemidiametrum terræ 3500 milliaria Arab. aut Geometrica Angliæ 3853$\frac{1}{2}$ profundam. Quinimo ſtadia in terris trecenta ſi ſol æſtivus directe illuſtret per diametrum ſuam dimidii gradus, quæ fuit Eratoſthenis & Poſidonii & aliorum veterum ſententia, explicabit ſane Gradus unus pedes Græcos & Anglicos 360000, aut milliaria Geometrica Angliæ 72. & ſemidiameter terræ mill. 3984$\frac{1}{2}$. Facilis denique experimenti, Terræ circuitum cum *Manſurio* & *Keplero* binis angulis invenire

aut

aut comprobare inventum, quos vicinorum montium turriumve duo perpendicula radiuſque viſorius comprehenderint.

5. Nautæ vero & Geographi juniores, tanquam diſcipuli Cl. Ptolemæi, æſtimant quemlibet gradum Circuli Meridiani milliaribus Italicis (ſic ajunt) 60, quæ ſunt 480 ſtadia aut octantes milliaris Italici. Circumferentiam integram terræ milliaribus etiam Italicis 21600, ejuſque ſemidiametrum milliaribus tantis 3437,7.

6. Deinde Jo. Fernelius, vir eximius, rotis Gromaticis reperit A.D. 1525. menſe Auguſto Gradum unum Circuli Meridiani excipere paſſus Italicos 68095, aut 68,095 milliaria Italica, verius dixerit Arabica, ex pedibus ſingula 5000: Pedes crede 340000. Terræ adeo ambitum exigere pedes Italicos aut juſtius Arabicos 20400000, milliaria talia 24514,2. Rectam denique à centro terræ duci milliaribus ejuſmodi 3901,555. pedibuſve 19507775.

7. Poſthæc nacta eſt W. Snellii diligentia præclaraque indoles hunc modum

rei

rei magnæ circa A. D 1616. Inveniuntur 68400 paſſus Rhinlandici, aut 68,4 milliaria ex 5000 pedibus Rhinlandicis aut Romanis, ut credidit bonus ille Geometra, in unoquoque gradu Meridiani Circuli. In eo exacti pedes Rhinlandici 342000, ſed pedes Græci Anglicive 353285, ſtadia Græca 588,81, milliaria Geometrica Anglorum 70, 6572, aut milliaria Catholica 64,766. Tellurem itaque totam circumſcripſit Willebrodus pedibus Rhinlandicis ſeu Leidenſibuss 123120000, milliaribus Rhinlandici 24624; quæ faciunt 25437,082 milliaria Geometrica Anglorum, aut milliaria Catholica 23315,76.

8. Deinde in Britannia noſtri Ric. Norvodus, dimenſionibus maximis indulgens anno Dominini 1635. menſe Junio, ad Haſani Arabis γεωμέτρημενα prope acceſſit. Reperit enim ille, itinere longo & frequenti Geodæſia correcto, diſtare invicem Londinum & Eboracum milliaribus Geometricis Angliæ ſive πενταχιχιλιοπόδοις 181, 1502, qui ſunt pedes Anglici

905751:

905751: necnon Circulo Meridiano interim comprehendi Gradus $2\frac{28}{65}$. Quocirca Gradus unus exigit 69,5447 milliaria communia Angliæ ex pedibus Anglicis 5280, ſed 73,43902 milliaria Geometrica pedum quæque Anglicorum 5000: aut ipſos pedes Anglicos ac Græcos 367196, aut ſtadia Græca 612; milliaria vero Catholica 67, 62168 ex pedibus ſingula Catholicis 5000. Ambulant inſuper circum Terram pedes Anglici aut Græci 132190560, milliaria communia Angliæ 25036,092, Geometrica Angliæ milliaria 26438,0472, aut ſtadia Græca 220317, 6, milliaria vero Catholica 24343,8048. Sed ad meditullium Terræ deſcenditur pedibus Anglicis aut Græcis 21038727, 5. ſtadiis Græcorum 35064,631. milliaribus communibus Angliæ 3984,617. Geometricis Angliæ mil. 4207,746. milliaribus Catholicis 3874, 4365.

9. B. Ricciolus, Aſtronomus venerabilis, duodecim annorum labore adeptus eſt haſce rationes, Fernelianis & Snelli-

anis, ut ipse putat mutatque, haud dissimiles.

	Gradu uno.	Peripheria.	Semidiametro Terræ.
Milliaria Vespasianica ex pedibus Villalpandicis 5000.	81.526.	29349,54.	4673,493
Milliaria Geom. Angliæ.	80,4.	28944.	4606,6
Milliaria Bononiensia.	64,363.	231 0,68.	3689,598
Milliaria Catholica.	73,83.	26578.	4230.

Æquat denique unus Gradus Meridiani Circuli ab industria Riccioli milliaria Anglica, ut à Snellio acceperat, 83,83. Parisina 74,964. Veneta 70,284. Rhinlandica 80,303. Castellana 88,32. Florentina 64, 245. & Mutinensia 78 $\frac{113}{1340}$. Errores ô laborioſos!

10. Postremo sapientissimus Picardus definivit Gradum unum Circuli Meridiani 20 Leucis Nautarum Gallicorum ex 2853 hexapedis Lutetiæ, 25 Leucis communibus Galliæ singulis hexapedarum 2282: at 28,25 Leucis Parisinis hexapedarum 2000, pedumve Parisinorum 12000: aut 57060 hexapedis Parisiorum quas Toisas vocant: & 342460 pedibus eorum è Curia. Hos æquant pedes Anglici Græcive 365000 $= \frac{342460 \cdot 1065}{1000}$, Milliaria Geome-

Geometrica Angliæ 73, milliaria Catholica 67,0339 ex pedibus Catholicis 5000: Pedes Rhinlandici aut Leidenſes 354672: milliaria Florentina 63,35 ex brachiis Florentiæ 3000: 292405 pedes Bononienſes, 58,481 milliaria Bononienſia ex 5000 pedibus Bononiæ, aut 58481 Paſſus πενταπόδες Bononienſium. Idcirco circumcingunt maxime hanc ſedem mortalium 7200 Leucæ Nauticæ Gallorum, 9000 Leucæ communes Galliæ, 10170 Leucæ Pariſinæ, 20541600 hexapedæ Pariſinæ, 123285600 pedes Pariſini, pedes Anglici aut Græci 131400000, milliaria Geom. Angliæ 26280: 127681920 pedes Rhinlandici, 22806 milliaria Florentina, 105265800 pedes Bononienſes, 21053,16 milliaria Bononienſia, milliaria Catholica 24132, 204. Hinc Semidiameter Terræ foditur Gallorum Leucis Nauticis 1146,41. Leucis communibus Galliæ 1432,394. Leucis Pariſ. 1618,605. hexapedis Pariſinis 3269297, aut pedibus Regiis 19615782; milliaribus vero Geometricis Angliæ 4182,595 pedibuſ-

que Anglorum aut Græcorum 20912975. & pedibus Rhinlandicis 20331525, 6365, milliar. Florentinis 3629,6872: pedibus Bononiæ 16750000, aut milliaribus Bononienſibus 3850, & mill. Catholicis 3840,75922. Talia pleraque ſuggeſſit Cl. Picardus, capita equidem A. D. 1669. 68430,5 hexadedarum Pariſinarum diſtantia inter Suidonem & Malam Viciniam tredecim magnis trigonis, atque etiam Meridiani Circuli perinde intercepti diligenter adnotatis minutiis 11′,57″′ ſuper gradum unicum. Parvo etiam diſcrimine differt modus ſapientiſſimi Gaſſendi à nova hac indagine: aut plane nullo, ſi ejus milliaria Geometrica numero LXXIII. tanquam tot Anglicæ ex pedibus 5000 oporteat interpretari. Verum poſt tot virorum optimorum ſumtus, tot itinerum & calculationum moleſtias, mihi maxime probantur numeri Haſanici de ambitu juſto hujus Globi. Judicate vos melius, Fratres mei *Bullialde & Hevell*, qui maximorum corporum magnitudinibus inter-

tervalliſque menſurandis per quinquaginta annos ſumma cum laude & admiratione ſæculi jam ambo vacaviſtis.

Cœli terræque Conditori immenſo Gloria.

INDEX

INDEX MENSURARUM ET PONDERUM.

A

Acæna, canna Græca & Ægyptia. 224. 225
Acetabulum. 7. 77
Achana Persarum. 79
Adarconim, Darici. 115
Addix. 45
Adriba, artaba. 66 73
Æs minutum. 80
Alabastrum. 14. 48
Alexandreus, aureus didrachmalis. 115
Amma, ammetha, cubitus. 208. 215. 216
Ampelus. 225
Amphora Anglica aut Græca, pes cubicus Londinii vel Athenarum. 57, 58. 63. 69. 70
Amphora, seu Quadrantal Romanorum. 59, 60, 61 62. 151, 152
Angelus aureus Edv. VI. & Elizabethæ Anglorum: & Angelus Cardinalis. 169. 170
Aporrhyma Saiticum. 50
Argenteolus, aut Sterlingus Anglorum. 139
Argentei varii. 96. 105. 106
Argyris, argyrion, drachma. 99.
Argyrus, milliarisius. 109
Arion. 7
Aris, Cubitus Persicus. 198. 208
Artaba Ægyptia, 63, 64, 65, 66, 67, 68. 77.
Artaba aut ardaba Alexandrina. 56. 67
Artaba Medorum & Persarum. 69
Artaba Rabinorum, Lethec. 73. 156.
As, & assarion, nummus Romanus. 84, 85, 86. 165
As, pondo. 141. 160
Assa, plethrum Persicum. 226
Assaron Hebræorum. 41
Aurei varii Anglorum, Arabum, Gallorum, Germanorum, Hispanorum, & Romanorum.

manorum, a pag. 104. ad 124.
Aurei Anglorum & Britannorum. 140
Aurei Alexandrei, Darici, & Philippici. 115. 171
Aurei Auguſti & Tiberii Cæſarum. 170
Aureus Denarius Arabum. 110. 115. 170
Aureus Byzantius, *Bezans.* 105
Aureus ducum & regum Hebræorum. 171
Aureus Indorum. 168
Aureus Judæorum. 117 118, 119
Aureus Nicolai. 104. 113
Aureus Siciliæ. 110
Aureus ſupremus Edv. & Eliz. Anglorum. 170
Aureus Venetus. 104. 113
Aureus Veſpaſianicus. 168. 170
Auri libra. 109
Auri talentum. 116
Auri valor. 172

B

BAga, orgyia Arabica. 222
Baphium, oxybaphum. 7
Barbos, myſtrum minus. 3
Batus Hebraicus. 63, 64, 65, 77
Beca, didrachmum Moſis. 117, 118
Bema, greſſus. 221, 222
Bes, besſis, desſis, ⅔ libræ. 160
Beſa, ovum Rabinicum. 9, 10
Bethcabus, bethcorus, bethlethecus, bethroba, bethſea. 54
Bohen, pollex. 192
Brachium Florentinum, Mantuanum, Mutinenſe, Neapolitanum, Ravennas, & Senenſe. 200, 201
Britannorum nummi electrici aliique. 139, 140. 170
Buſſellus aut medimnus Anglicanus. 69. 151
Buſſellus Pariſinus. 57

C

CAbus Hebræorum, Cabba. 35, 36, 37, 38
Cadaa, ſcyphus triticeus Arabum. 44
Cadus, amphora Attica. 69, 70
Cadus, Sextarius. 21
Calcar aureum Anglorum Flandrorumque. 170
Calipha Judæorum. 4
Campſaces, Capſaces. 35. 48. 49
Cannæ variæ. 223, 224
Capetis, choenix. 27
Caphizus Arabicus. 48. 65. 66
Capitha Perſarum & Chaldæorum. 32. 33
Caria Syrorum. 77
Cartobus Talmudicus. 2
Carubia Veneta. 8

Carura

Carura Arabum. 17. 48
Caryon basilicon. 121
Casaba, canna Arabica. 223, 224, 225
Caubolus, octobolum. 108. 112
Cavizus, medimnus Persicus. 65
Cauz Arabum Syrorumq; 27
Centenarium, Cintar. 159. 175. 187
Ceramion Atticum, & Italicum. 63. 69. 72. & 59. 60
Ceration medicorum & gemmariorum. 86, 87, 159. 165
Cest, cist, Sextarius. 21. 123
Chabda, palmus. 193
Chalcus. 83, 84. 164
Chema. 1
Chila Persarum, Chilaga Arabum. 33
Choenix Ægyptia. 32
Choenix Attica. 27, 28, 29, 30, 31
Choenix Italica Syrave. 24. 35. 77
Chomerus Hebraicus. 74, 75, 76, 77
Chorps, palmus Coptitarum. 194
Chrysus, aureus. 108
Chus, congius Atticus. 38. 40. 154
Ciborium. 32
Ciccabus Atticus. 87. 98
Cyprus, amphora attica. 69
Ciccar, cinchares, talentum. 188, 189, 190
Cistophori Asiæ. 185
Cithe. 32
Cobius. 13
Cochleare. 2. 78
Codda, sextarius Syriacus. 26, 27
Codrantes Rabinorum & Romanorum. 81. 82 118. 164
Colymbethra Judæorum. 78
Concha. 3. 16
Conchula. 78
Congii dimidium. 33
Congius Angliæ vinarius, Galo. 41. 149
Congius Atticus 38. 40. 41. 154
Congius Romanus. 38, 39. 59. 152. 153
Cophinus Boeotorum. 50
Coronati aurei Gallorum, Scotorum, & Flandrorum. 168
Corus Hebraicus. 74, 75, 76, 77
Cos aut poculum Paschale. 11
Cothonion. 13
Cotyla. 14. 141
Covanus. 121
Crux aurea Lusitaniæ. 170
Cubitus Anglicus, Ægyptiacus, Græcus, & Hebraicus. 210, 211, 212, 213, 214
Cubitus Babyloniorum & Persarum. 214, 215
Cubitus brachii mediocris. 210. 220

Cubitus Cahiræ. 200
Cubitus Constantinopoleos. 200.
Cubitus Gemaricus. 216
Cubitus Hasemæus seu Communis Arabum, cubitus Homaræus, & Belalæus. 217. 220
Cubitus Josippæus & Maharius. 218
Cubicus Mosaicus. 210. 215, 216
Cubitus Niger Arabum. 215
Cubitus Rasasæus regiusque. 221
Cubitus recentior Arabum. 219.
Cubitus Virilis S. Codicis, Mosaicus, Noachicus, Adamicus. 210.
Cubitus Vulgaris Arabum. 211
Cubus semipedis pedisque Anglici, Attici & Hebraici. 57, 58. 63. 147, 148
Cubus pedis Romani. 59, 60, 61. 151, 152, 153
Culeus Romanus. 78
Cyathus. 4
Cymba Arabica. 7. 16

D

Danicum Arabum, Danca Persarum. 89, 90. 92. 101, 165
Darcanot & Darbanot, Darici. 115. 171
Darici, stateres aurei duum drachmarum pondere. 114. 115. 120. 170.
Dauracum Arabicum. 32
Decachalcon, denarius. 103
Decalitron Siculum. 114
Decempeda Romana Græcaque. 224, 225
Decunx. 160
Decussis denarius. 103
Denarius argenteus Elizabethæ Anglæ. 165
Denarii Augusti. 105, 159. 168, 169
Denarius aureus Arabum. 102. 105. 110. 111. 169. 170
Denarii Consulares. 103. 105. 169
Denarii Gordianici. 104. 105. 169
Denarii Romani partes. 161
Denarii Tiberiani. 105, 106. 168, 169
Denarii Talmudici. 103, 111, 112. 168, 169
Denarii Vespasianici. 106, 107. 161. 168
Dennum, metreta Arabicus. 70
Deraa aut Deraga, cubitus. 108, &c
Deunx. 160
Dextans. 160
Diæta. 248
Diaulos. 129, 130
Dibela, duella. 121
Dichalcon, 85, 86, 87
Dichoenicon. 33, 34

Didrachmum Atticum. 114. 120
Didrachmum Hebraicum, beca. 117, 118, 119, 120
Didrachmum Thaſium. 171
Didrachmum LXX. Interpr. 125, 126
Digitus tranſverſus. 191
Dinummion. 88
Diobolum Atticum. 95, 96, 97.
Diobola Britannorum & Saxonum. 139, 140. 167
Dixas Siculorum. 82
Dochme. 192, 193
Dodrans. 160
Dolichus, 12 ſtadia. 242
Doron. 192, 193
Drachma Æginæ. 114. 117. 170. Alcibiadis. 130. Attica. 99, 100, 101, 102. 110. 155. 169. Avoirdupois. 155. 158, 159. Thaſia, & inſularum Græcanicarum. 130. 169. de Troy. 155. 158, 159. 169
Drachma aut denarius argenteus Arabum. 99. 101. 102. 108. 168
Drachma mediocrum Romanorum. 161. 168
Drachma Arimathæa, Halepina, Cahirenſis, Conſtantinopolitana, Damaſcena & Sidonea, Smyrnæa, communior Syriæ, communis Turcarum & Perſarum & Mogolorum. 167, 168
Drachma medica Venetorum Arabumque. 168
Dragma Hebraicum. 42
Dromos. 249
Ducati Aragoniæ & Caſtiliæ, brevis Crucis, Florentini, Hungarici, & Romani, 168
Duella, duæ ſextulæ. 121. 160. 171
Dupondium Romanum. 87
Dupondium Talmudicum. 27. 88, 89. 165

E.

EIN, Hinnus. 46
Embaphion. 7
Epha Hebræorum. 63, 64, 65. 147. 148
Ertab, artaba Ægyptia, 66
Esbaa, digitus maximus. 191, 192.

F

FAba Alexandrina. 96, 97, 167. Ægyptia. 32, 96, 97. Græca. 96. Syriaca. 98. 167
Fathomus, orgyia Anglica. 202. 222
Follis, æneus aut ferreus. 82. 92
Follis, 25 milliarenſes. 131
Furlongus, ſtadium Anglicum. 202. 229.

G

GAlo Anglicus vini. 41, 148, 149

148, 149
Galo Frumentarius Angliæ. 42. 150. 151
Gapigi, modius Ægyptius. 51
Garibus Arabum. 70
Garibus Hebræorum. 53
Gera, obolus Mosis. 92
Gerra, Maris. 33
Gerra minor Arabum. 35. maxima. 57
Giscitha, drachma Ægyptia. 99
Gomerus Hebræorum. 42, 43, 44, 45. 77. Sepphorenus. 43. Ierosolymitanus. 43
Gomor, Corus. 74
Gradus unus ambitus terræ quot milliarium. 249, &c.
Gramma, scripulus. 95, 96, 97
Grana triticea & argentea Anglorum. 155, 156, 157, 158, 159. 164
Grana Veneta & Græca & Arabica. 155. 164
Grana Rabinica. 194
Guanchus Arabum. 96
Gutturnium. 4

H

Hectemorion, palmus. 193
Hecteus Atticus. 49, 50
Hemichrysos, drachma. 100, 101
Hemichun. 33
Hemicomoron. 73
Hemicongium. 33
Hemicorus. 72
Hemicypron. 59
Hemidanacion. 88
Hemidaricon, drachma. 101
Hemidodecaton. 33
Hemidrachmon. 98
Hemihecton Atticum. 45, 46. Romanum. 102
Hemilitron Siculum. 88
Hemimoerion. 95
Hemina. 14, 15
Hemiobolum. 88
Hemisescla. 160
Hemistaterion, drachma auri. 101
Hemixeston. 14
Hemmesa Arabum, cicer. 96
Hexadoron, cubitus. 208
Hexagion, Sextula, aureus. 108. 112, 113, 160, 170
Hexobolum, drachma. 88. 100
Hinnus Hebraicus. 46, 47, 48
Hinni dimidium. 38
Hippicon, hippodromion. 230
Holce, drachma. 99. 100
Homerus, gomor. 42
Humorum, aquæ, vini, olei & mellis ratione mutuæ χοῦς ξεστοῦ. 147
Hydria minor. 35. major. 57
Hyperpyron, aureus. 108

I

Inion, Hinnus. 46
Iter Sabbati, 2000 cubita. 239, 240
Juglans. 121
Iter diurnum. 248

L

Lagæna aut galo vinarius Angliæ 41
Lecyscion Atticum. 4
Lecythus Eliæ. 35
Lepton. 80, 81. 164
Lethecum Hebraicum. 72, 73, 74
Li Sinensium. 244
Leuca, Leuga, Leuva Gallorum & Hispanorum. 243 244
Libella argenti. 84
Libra Alexandrina. 141
Libræ Anglicæ de Troy & Avoirdupois. 137. 138. 155——159
Libra Attica. 136. 155. 156
Libra auri. 138
Libra medicorum Græcorum. 142, 143. 155. 556
Libra Florentina, Pisana & Livornia. 156, 157. Neapolitana. 157
Libra mensuralis. 15. 136, 141
Libra olearia. 136. 141
Libra Rabinica. 138. 155. 156
Libra Parisina. 155. 156. & Gallorum Lugdunensium. 155
Libra Romana. 141 - 146. 156 - 160
Libræ Romanæ partes, notis ac numeris suis expressæ. 160
Libra Sterlingia. 138, 139. 140. 159
Libra veneta. 142, 143. 155, 157
Libra Vespasianica. 143—— 146. 156, 157
Lichas. 195, 196
Ligula. 2
Liquorum differentiæ ad trutinam. 147
Litra, libra, rotulus. 142
Logus Hebraicus. 16, 17, &c. 157
Logi octans. 12. quadrans. 13
Locethuab Coptitarum. 48
Lupinus. 89. 165

M

Maa Hebraica. 91
Maccucum Arabum. 45, 46
Macetha. 4
Mane Hebraica. 117. 173. 181, 182
Mansio. 248
Mar. 34
Marhala Arabum. 248
Maris Græcorum. 32, 33, 34. 50, 51
Masira Arabum. 248
Mea, maa, matha & maga, obolus

obolus Hebraicus. 91, 92
Medimnus Anglicanus. 69
Medimnus Atticus. 69, 70, 71
Medimnus Paphius. 69. Salaminius. 69. 77
Mcgrapha Arabica. 1
Melaca mellea, 4
Metra tria, Epha. 64, 65
Metreta Atticus. 65, 66, 67. 70, 71
Metreta major, Corus. 76
Metreta Romanus. 59
Metreta ſacer. 52. 65
Metron. 14
Metron, choenix. 27
Metrum Hebraicum. 52
Micve Judæorum. 78
Milliare Anglorum Geometricum. 206. 208. 237. Commune. 238
Milliare Arabicum. 241, 242
Milliare Græcum. 206. 208. 235, 236, 237
Milliare Hebraicum, 2000 cubita. 239, 240, 241
Milliare Romanum. 206. 208. 230, 231, 232, 233, 234, 235, 236
Milliare Talmudicum. 239
Milliarenſis. 103. 109. 114
Mina Æginæa. 173. 180
Mina Alexandrina & Italica. 143. 173. 180
Mina auri, ſtater aureus. 119
Mina Ægyptiaca & Antiochena. 172. 178, 179
Mina aut Mna Attica. 143. 172, 176, 177
Mina Babylonia & Euboica. 172. 178
Mina aut Mane Hebræorum. 117. 173. 181, 182
Mina medica. 179, 180
Mina Ptolemaica. 172, 173. 179
Mina aut Mane Talmudica 177, 178
Mithcalum, denarius aureus Arabum. 110, 111. 170
Mnaſis, Mnaſion. 72
Mogra, navigatio diurna. 249
Modius Ægyptius. 50, 51
Modius, rectius medimnus vel Buſſellus Anglicus. 69. 150
Modius Arabum, aut mod. 31
Modius Cyprius. 50
Modius Hebræorum, ſatum. 52
Modius minor. 73
Modius aut Buſſellus Pariſinus. 57
Modius Romanus. 49. 59, 60. 152
Modius ſementis. 51
Modius Syriacus. 48
Monas, digitus. 191
Myſtrum magnum. 14. melleum. 4. parvum. 3. 12

N.

Natelus Arabum. 4
Nava & Nova Arabica. 96

ca. 96
Navis cursus diurnus. 249
Nebel vini, urna. 51. 72, 73
Netila Judaica. 4
Nilometri excessus varii damnaque. 212, 213. 214
Nobilis aureus Elizabethæ & Henrici VII. Anglorum. 169, 170
Nomisma, Sextula, aureus. 108
Notæ Mensurales, Numerales & Ponderales Græcorum quam Latinorum explicantur. 161, 162, 163
Nummus aureus Philippi Macedonis. 115
Nummus Romanus, denarius. 103. & sæpius Sestertius. 93. 95
Nummus Samaritarum, didrachmum. 119
Nummus Siculorum. 94
Nux Pontica, drachma. 101. 111
Nux regalis aut juglans, stater. 123

O

OBolus Achaiæ. 95
Obolus Æginæus. 94. 166
Obolus æreus aut ferreus, fols. 82
Obolus Atticus & Solonius. 90, 91, 92 93, 99, 166
Obolus Charontis. 92
Obolus Misnicus. 91. Mosaicus. 92. 166
Obolus Thasius. 166
Occ, Ocia, aut Uncia Constantinopoleos. 173
Ocla Rabinorum. 12
Octans assarii. 80. 164
Octans logi, 12
Octobolum. 108
Oephi Ægyptiorum. 32. 45
Oephi Hebræorum. 63, 67
Olyscium. 4
Olene, Cubitus. 208
Onus asini, lethecum. 74
Onus cameli, corus. 74
Orgyia. 222, 223
Orthodorum. 195, 196
Oxybaphum, Oxis. 7
Ovum Rabinicum. 9. 10

P

PAlæste. 192, 193
Palmus, 3 unciæ. 192, 193, 194
Palmus major, 9 unciæ. 194 195
Palmus Avenionensis, Genuensis, Massilienses, Melitensis, Neapolitanus, & Romanus. 201
Parasanga Ægyptia. 247, 248. Judaica. 246, 247
Parasanga, aut pharsanc Persarum Arabumque. 244,
Passus Anglicus. 206 245
Passus Ecclesiasticus aut Dexter. 221. Geometricus. 221, 222

221, 222
Paſſus Græcus. 206.
Paſſus Romanus. 206, 207. 221, 222
Pedis Anglici Hebraici Atticique cubus 57, 58. 63. 147. Cubus pedis Romani 151
Peleſus, ſiclus. 126
Penningus novus vetuſque Angliæ. 96. 139. 159. 165. 167
Pereſus Talmudicus. 14
Pertica aut Polus Anglorum. 202
Pes Amſtelodamenſis. 200
Pes Anglicus, Græcus, Hebraicus, Ægyptius, Babylonius, Moſaicus, Adamicus, Sinenſis, Caſtellanus, Oliſiponenſis, & Lugdunenſis Gallorum. 196, 197, 198. 202. 206, 207, 208, 209
Pes Arabicus. 200
Pes Bononienſis. 200
Pes Babylonius, 178
Pes Bremenſis & Hafnienſis. 198
Pes Bruxellanus. 200
Pes Catholicus Ionæ Mori V. Cl. 198
Pes Græcus Plinii. 198
Pes Holmenſis. 200. Mediolanenſis & Patavinus. 200
Pes Romanus Pæti, Fabreti, Grævii, Scaligeri & Snellii. 198. 203. 204
Pes Romanus Coſſutii, Statilii, Plinii, & Villalpandi. 198. 204, 205, 206, 207
Pes Pariſinus. 198. Rhinlandicus, Leidenſis & Judaicus. 198. 204, 205
Pes Venetus. 200
Peſec & Poſca, palmus. 193
Philippeus, aureus didrachmalis. 115
Pinta Anglica vini frumentive. 21. 149. 150, 151. 157
Piſot iadaim. 222
Plethrum. 225, 226
Poculum Paſchale. 11
Pondion Talmudicum, dupondium. 27. 88. 165
Pruta Rabinorum. 80, 81, 164
Pſycter. 73
Pſyllion. 21
Pſothia, triobolum. 98
Pygme & Pygon. 196
Pyramidum Ægyptiarum maximæ dimenſio. 211, 212

Q

Quadrans, ¼ libræ Romanæ. 160
Quadrans aſſis, Kodrantes Rabinorum ac Romanorum. 81, 82, 83. 118. 164
Quadrans logi, rebiita. 13

Quadrans

Quadrans Sicli Hebraici. 169
Quadrantal Romanum. 59, 60, 61, 62. 151
Quartarius, aut Quadrans Sextarii. 14
Quinarius, Victoriatus. 97, 98. 161
Quincunx. 160

R

Rebiita, quadrans logi Hebraici, 13
Regalis Flandriæ. 168
Regia Talmudica, tridrachmum. 122
Ris aut ruſa, ſtadium Talmudicum. 229
Roba, Cabi quadrans. 20
Rotulus, rotalus, aut retlus, 141, 142, 143
Rotulus Alexandriæ Ægyptiæ. 179. Cahiræ, Conſtantinopoleos, Damaſci, Halepi, Syriæ communior, & Smyrnæus. 173, 174
Rupia communis Mogolorum & Perſarum, tridrachmum. 122. 171
Rupia major. 122

S

Sabitha Syrorum. 50
Satum aut Saga Arabum 32
Satum Hebraicum, ſea vel ſaa. 52, 53, 54, 55, 56. 77
Satum Solymarum, & Deſerti, & Sepphorenum. 55
Sata tria Hebræorum, gomerus. 42
Schoenus Ægyptiacus. 247, 248
Scripulus Avoirdupois. 96. 155. 166.
Scripulus dimidius, 161
Scripulus Græcorum, Arabum & Venetorum. 167
Scripulus medicus. 97. 166. 167
Scripulus, ſcriptulum aut ſcriplum Romanorum. 95. 96, 97. 161. 155. 166
Scripulus de Troy. 156. 166
Secchini Veneti. 116. 169
Secel Iſrael. 125. 172
Sedapha Arabum. 15
Sela aut Selaga Talmudicorum. 126, 127, 128
Sembella Romana. 83
Semichomerus. 72
Semicongius. 33
Semidenarius. 97, 98
Semihinnus. 38
Semilogus. 14
Seminita, octans logi. 12
Semis, Semiſis. 84. 160
Semiſextarius. 14
Semuna Syrorum, lepton. 80. 164
Semuncia, aut ſemiuncia Romana. 160
Sephel Hebræorum. 57

Septunx. 160
Seſcuncia. 160
Seſcla. 160
Seſquidanicum. 91
Seſquiſatum. 57
Seſtertius nummus, Conſularis & Imperatorius, ut Gordiani, Tiberii Cæſ. & Veſpaſiani. 93. 94. 161. 166
Seſtertia & Seſtertiûm. 94. 166
Sextarius Alexandrinus. 27
Sextarius Atticus, ſeu xeſtes 22. 25, 26. 154.
Sextarius Romanus aut Italicus. 21, 22, 23, 24. 59. 60. 153, 154. 157
Sextarius Sepphorenus. 18
Sextans denarii. 91.
Sextula Romana, ſeſcla. 110, 111, 112, 113. 160. 170
Sextula, hexagion, aureus Byzantius. 108. 170
Sextula dimidia. 98. 161
Sicilicus. 121. 160. 170
Sicilici dimidium. 161
Sicit, ſtater Ægyptius. 119
Sicla, ſextula. 112
Siclus Hebraicus & Poenicus. 125-130. 172
Siclus, verè ſemiſiclus, penſio annua. 117, 118, 119. 171
Sicli Hebraici triens. 112
Sicli quadrans. 169
Siderûs Byzantiorum. 84
Siglus Perſarum, ſextula Romana. 112. 170
Siliqua. 86, 87
Siliquâ auri. 87
Sillingi XX. ex argento, nummus maximus. 170
Sillingus Anglicus. 113. 138, 139, 140. 170
Sillingus Batavicus, denarius Romanus. 108
Simplium Romanorum. 161.
Singula Romana. 83
Socharga Arabum major minorque. 7. 15. 16
Solidus argenteus ſive Sillingus Anglorum. 113. 170
Solidus argenteus Romanorum. 113
Solidus, denarius aureus. 108 110. 170
Solidus Juſtiniani Imperatoris. 113. 170
Spithama. 194, 195
Squama æris. 82
Stagion, hexagion, Sextula, 112, 113
Stamnus Alexandrinus, Arabicus, & Italicus. 35. 48
Stamnus Atticus. 69
Stater aureus, didrachmum, 114-120. 135. 170. 131
Stater Atticus argenti. 122, 123, 124, 125. 171
Stater Corinthiacus. 114. 121
Stater Thaſius & Hebraicus. 130, 131. 172
Stathmus Perſicus, ſtatio, manſio. 248, 249
Status, orgyia. 222

Sterlingus, argenteolus seu denarius vetus Anglorum 96. 167
Sterlingia libra. 138, 139. 171
Stuferus Batavicus. 91
Sultanicus Turcarum. 168

T

Talentum Æginæum & Emporicum. 174. 187, 188
Talentum Ægyptium. 174. 186
Talentum Alexandrinum. 159. 175. 188. 189
Talentum Atticum. 132. 172. 174. 182, 183, 184
Talentum aureum Homeri. 116
Talentum Babylonium. 174. 185, 186. Corinthium. 174. 187
Talentum Euboicum. 174. 185
Talentum Hebraicum, ciccar. 175. 189, 190
Talentum magnum & parvum. 182
Talentum Rhodium. 182
Talentum Romanum. 174. 185
Talentum Siculum. 131, 132
Talentum Syracusanum. 182
Talentum Syriacum. 174. 182, 183, 184
Tarcabus, semisatum Judaicum, 45
Tassugium Arabum, Tasu Persarum. 48
Terræ ambitus & semidiameter. 249
Teraud Judaicum. 3
Terto aut Erto spithama Ægyptia. 194
Teruncius argenteus Romanorum. 82, 83. 164, 165
Tetartemorion. 9. 85
Tetrachoenicon. 45, 46
Tetradrachmum. 3
Tetradrachmum Atticum. 122-126. 171
Tetradrachmum Macedonicum. 124
Tetradrachmum Thasium & insularum Græcanicarum. 129, 130, 131. 172
Tetrametrum. 45
Tetrapechy. 222
Tetrasarius. 3
Tetrastaterion. 135
Tetrabolum Atticum. 98. 167
Thepac & thopac Hebræorum. 192. 193
Thermas, lupinus. 89. 165
Toisa, orgyia Gallica. 222
Tremissis. 98. 113
Tremisis Severi imp. 170
Tremisis Vespasiani. 161
Tridrachmum Atticum. 121, 122
Tridrachmum Thasium & Mithridaticum. 130
Triemiobolion Atticum. 95

Triens libræ Romanæ. 160.
Triobolum Æginæum. 98
Triobolum Atticum. 97,98. 167
Tritemorion. 90
Triobolum Thaſium. 167
Triteus, ⅓ medimni Attici, 57
Triunx. 83
Trixas Siculorum, 87
Tropaicon, ſemidenarius, 97. 98
Tryblion, 9. 14
Tyria moneta. 129

V

VÆba Alexandriæ & Ægypti reliquæ: & Væba Arabum. 55,56
Veſna, metreta, 70
Veſna, talentum, badra. 188
Vicesſis æreus. 121
Victoriatus. 97,98. 161. 167
Virga Anglica & Luſitanica. 197. 221
Ulna Anglica. 202
Uncia, pollex latus. 192
Uncia Anglica de Troy & Avoirdupois. 134, 135. 155——159
Uncia auri. 135
Uncia aurea Luſitaniæ. 169
Uncia Florentiæ, Piſæ, Livornæ, Neapoleos & Lugduni Gallorum. 135. 156
Uncia Gaditana, Januenſis, Piſana, Senenſis, Veneta. 134
Uncia Pariſina. 134. 155, 156
Uncia Romana. 83. 132. 134. 135. 155——158
Rabinica. 155, 156
Unciæ Romanæ partic æ. 160
Uncia Sicula. 84
Uncia Veneta, & medicorum Græcorum. 135. 155, 156, 157
Uncia Veſpaſianica. 155, 156
Urna mannæ. 35
Urna Romana. 51,52. 156.

X

Xeſtes, ſextarius. 17. 21

Z.

ZEcchus Arabum, nebel. 72
Zereta, ſpithama. 194,195
Zuzum & zuza, denarius Italicus. 81. 103. 104.

FINIS.

RESTITUENDA.

PRimo omnium *capite verſu* 18. *perſpicui gratia dices:* Chema magna, aut myſtrum exiguum Ægyptiis τορνη, Arabibuſque Megrapha, *& conſequentia. Dein* p. 2. *caput ſecundum, quod menſurarum veterum minimam facile recipit, ſcriptoris gromatici excerptis, bono indoctorum hominum aut forte meliorum, jam expleri volo.* Cochlear, minima menſura liquida, habet dimidiam drachmam, i. e. ſcripulum & obolum. Duo Cochlearia chemam faciunt, tria conchulam: $\frac{10}{3}$ Conchulæ cignum (aut ligulam) ſive myſtrum. Conchulæ 6 & duo cochlearia, ſive 10 drachmæ, Cyathum faciunt: & additis drachmis 2, acetabulum. Adjectis autem adhuc tribus drachmis, quæ ſunt 15, Oxybaphum complent. Apud quoſdam Cyathi 9 heminam facere videntur, qui ſunt drachmæ 90: apud alios vero acetabula 4, quæ ſunt drachmæ 48. Hemina autem juxta aliquos appendit libram unam, apud alios libram & dimidiam.

diam. Similiter Sextarios duplices judicaverunt. Eſt autem Sextarius ſexta pars congii, qui in Divinis literis Hin adpellatur in liquidis. Choenix autem quinque ſextariis adimpletur: ſi ſextum addideris, fit Congius. Congius quater miſſus Modium complet. Aliis placuit 16 ſextariis modium impleri, aliis 22, aliis (ut diximus) 24, ad votum principum vel judicum. Nobis vero rectiſſimum videtur, ut 3 librarum ſextario vicies & quater multiplicato modius impleatur: qui modius medii talenti ponderi coæquatus, 72 efficitur libris. Sive, ut 5 libras habens ſextarius, ſimiliter vicies & quater ductus maximi talenti, id eſt 120 librarum pondere menſuretur. Modius & ſemis Urnam faciunt. Similiter & in aridis, Batus conſtat modiis duobus totidemque ſextariis. Duo bati Metretam faciunt, qui ſunt ſextarii 100. Urnæ duæ Amphoram complent, quæ ſunt modia tria: quantum in aridis œphi. Urnæ tres Cadum vel Artabam faciunt, quæ ſunt modia 4½. Modia 5 Medimnum præ-

ſtant. Tres medimni Gomor complent, & duo gomor Corum reddunt; duo que cori Culleum, qui ſunt modii 60. Item de Ponderibus. Calculus pondus minimum conſtat 2 granis ciceris,& apud quoſdam ſiliqua, quæ penſat 3 grana hordei. Duo calculi ceration faciunt, 4 obolum: duo oboli ſcripulum, & 3 ſcripuli drachmam. Drachma & ſcripulus & obolus, hoc eſt ſiliquæ 18 & 6 & 3, efficiunt quadrantem ſiliquarum 27. Duo quadrantes ſtaterem, duo ſtateres unciam. Juxta Gallos viceſima pars unciæ denarius eſt, & 12 denarii ſolidum reddunt. Nam 12 unciæ libram 20 ſolidos continentem efficiunt. Sed veteres ſolidum, qui nunc Aureus dicitur, nuncupabant. Mna 100 drachmis appenditur. At 50 libræ talentum minimum, 72 medium, & 120 libræ talentum maximum præſtant. *Hæc talia apud gromaticos, necnon ſub Vitruvio MS. Grævii mei chariſſimi jamdiu congeſta offendi. Pag.7.v.7. corriges* ⅔ acetabuli, *reddeſque ſtatim v.* 12. ⅔ Cyathi. *Pag.* 57.*v.* 9. *& ſequentes capitis* 38. *transferes in caput unde-*

undequadragesimum. Pag. 65. *v.* 21. *Quinetiam idem antistes Cyri ad LXX. Int.* ϛ'. βασ. κέφ. έ. καὶ Σαλομὼν ἔδωκε τῷ χιρὰμ ——————————— βὲθ ἐλαίου κεκομμένου, εἴκοσι χιλιάδας *opportune subnotat:* τὸ δὲ βὲθ οἱ ἄλλοι βάτον ἡρμήνευσαν. ὁ δὲ βάτος, μέτρον ἐστὶ παλαιστίνων οδ'. χόας (legi equidem suadeo οβ'. ξεστάς, ἤτοι ιβ'. χόας) χωροῦν, ὡς ἰώσηπος ἔφησεν. *Recte etiam doctores Alexandrini Es.* 5. 10. בת אחד, κεράμιον ἕν: *nec imperitius Syri dictionem eandem* χαβιθὰ *Amphoram reddidere. Iterumque iidem bona fide* 2. *Par.* 2. 10. βατλὶμ, *Quadrantalia* ܒܥܠ; *exponunt. Unde* 2 *Reg.* 7. 38. *magni regis decem luteres chytrogauli XL batos accipiebant, aut lymphæ libras de Troy* 3043, 16. *singuli cubitos quatuor alti, totque inter extrema labia patentes. Verum Int. LXX. & Fl. Josephus cantharos hosce Salomonios aqua ferme suboctupla replent, pro* ם' בתים *semihinnos sive tot congios Atticos, qui habent quasi* 390, 57. *libras de Troy, ultro imputantes. Pag.* 74. *v.* 6. Quin ארדבא Artabam magnificam, &c. *ante dictum putas pagina præcedente, aut nunc tacendum.*

tacendum. Pagina eadem v. 15. Corus, VI artabæ Ægyptiæ; artabæ equidem πενταμόδιοι. *v. Galenum & B. Hieron.* §. 44. *Pag.* 76. *v.* 22. Misit adeo rex Salomo ad Tyri principem Hiromum annua munera, tritici vicies mille coros, aut bussellos Anglicos 16440 frugis ejusdem, & mensuram æquam hordei: Olei vero batos vicies mille, quot implent Anglorum Pintæ vinariæ 121720; modumque eundem vini Palæstini. 2. *Par.* 2. 10. & *Joseph. VIII. Orig.* & 3 *Reg.* 5. 11. ubi scriba vetus ocyus scripserat ἀσερὶμ κὼρ σέμεν κατὶτ, pro ἀσερὶμ ἔλεφ βαττὶμ; quomodo antigrapha Hebraica in Chronicis S. & utrobique Int. LXX. Josephusque omnino receperant.

Initio autem libri secundi de codice MS. Georgii Wheleri viri illustris ac bonis omnibus chari hæc illa adseres. κοδράντης, τὸ τέταρτον τῆς φόλεως, ἢ δύο λεπτά. τὸ δὲ λεπτὸν, ἑξακισχιλιοστὸν ταλάντου. ὅ ἐστὶ νόμισμα ἕν, ἢ κόκκοι τρεῖς. τὸ δὲ τάλαντον λίτρας ἔχει ἑκατὸν εἴκοσι πέντε. δραχμὴ ἓξ ὀβολοὶ. ἠδυώατο δὲ τοῦ χρυσίου τὸ τάλαντον τρεῖς χρυσοῦς ἀττικούς· τὸ δὲ τοῦ ἀργυρίου ἑξήκοντα

μνᾶς

μνᾶς ἀττικάς. νουμιαῖον, ἓν καὶ ἥμισυ τοῦ λεπτοῦ. κοδράντης δὲ νουμιαῖα τρία. δηνάριον εἶδος ἀργυρίου ὁλοκοτίνου ἔχον ἰσχύν. ὁ δὲ χρυσοῦς παρ' ἀττικοῖς δύναται δραχμὰς δύο, ὡς πολέμαρχός φησι. δραχμὴ δὲ τοῦ χρυσοῦ, νομίσματος ἀργυρίου δραχμὰς δέκα. μνᾶν δὲ λέγουσι τοὺς πέντε χρυσοῦς. ἑκατὸν δραχμαὶ ποιοῦσι μνᾶν μίαν. στατὴρ, τετράδραχμον, ἥμισυ οὐγκίας. *Dein crescat pagina* 90. *à versu altero glossis istis Ectarii Persæ.* الدانق Danacum, $\frac{1}{6}$ drachmæ الدرهم, 2 ceratia, 5 hordeola. Mithcalum vero, 20 ceratia: at secundum Tæfasium gemmarium 6 X 4 =24 ceratia. Idem nonnullis $\frac{1}{7}$ Unciæ aut Ociæ, aliis $\frac{1}{9}$ ponderis talis.

Pagina media 185. *lectores mitis indolis admoneat, Talentum Romanum à columna Pisana, Modium Romanum repetere à museo Moscardi: Amphoram vero ejus populi in Urbe domina, in bibliotheca Bodliana, & in locis aliis inveniri. Ad pag.* 290. *v.* 9. *Stathmica nostra claudat, rogante viro Reverendissimo, grande pondus pecuniæ Arabicæ,* البدره, Bedra, diphthera plena drachmarum, aut enumeranti myrias tota الدراهم drachmarum communium Sy-

riæ, 60000 penningi novi Anglorum, 250 libræ Sterlingiæ, 83⅓ libræ de Troy pondo. Eadem crumena, secundum Gauharium & conditores Camusi & Nimatallæ, colligit drachmas Atticas & vetustas 6666⅔, aut 7000 denarios Arabicos. Cæterum haud ingratum erit, vel Demo-

---

Denique pagina 201. Tabulam primam distantiarum cubitis hisce Arabicis pau-

Pedis Anglici partes	millesimæ.	untiæ.	digiti.
Pedes cubitorum Arabicorum.			
1. Recentis, ¾ Veteris, ⅘ Nigri.	917,5.	11,01.	14,68.
2. Justi, aut sesquipedis Anglici.	1000.	12.	16
3. Nigri, ⅞ Recentis.	1632.	12,386.	16,515.
4. Veteris vel Hasemæi, & Ture Misnici, ¾ Recentis Arab.	1223¾.	14,68.	19,573.

Consumit itaque gradus unus Orbis terrarum milliaria Geometrica Angliæ 73, 4: sed 66⅔ milliaria communia Arabum ex cubitis Novis 4000: milliaria Mamonia Nigrisue cubitis extensa 59, 34: milliaria Hasemæa 56. Vel denique milliaria Justa 61⅛, singula cubitorum Justorum 4000.

ſthenis oratoris cauſa, Aureos Cyzicenos Rupiis Perſicis pag. 171. §. 65. ſtatim ſubjungere; quorum ſinguli valebant drachmas argenteas Athenarum 20X1,4 =28, aut Cyzici 20=10X2, contra 23 penningos novos Angliæ æquum ponderantes.

---

lo ampliorem reddes, donec gens Iſmaelis indubia magis nos docuerint.

Hordea Britannica.	Milliaris Geometrici Anglorum, ex pedibus patrils 5000.	Milliaris communis Arabum ex cubitis Novis 4000.	Gradus unius in circuitu terræ particula.
80,025.	1/5449,8.	1/6000.	1/400000.
87,2	1/5000.	1/5505.	1/367000.
90.	1/4845.	1/5335.	1/355723,7.
106,7.	1/4087,5.	1/4500.	1/300000.

Alio tamen modo & quaſi Romano Aſtronomorum Arabicorum numeros cum noſtris extremo omnium capite comparavimus. Siquis adeo hæc talia, ceu Arabiæ deſerta, certiori forte noverit planta tranſcendere, is me læto palmam feret. Ego in exoticis jam ſatis luſi.

EPISTOLA N. F. D.

De Mari Æneo Salomonis.

Ad E. Bernardum S. Th. D.

QUOD Tibi pollicitus sum, Clarissime Vir, me ad te missurum typum maris ænei à Salomone confecti, id etsi me putabam libenter præstiturum, tamen jam exsolvo subinvitus. Neque enim hæc ejus sunt generis quæ certo demonstrari possint: in quibus ille propius ad veritatem accessisse reputatur, qui paucioribus difficultatibus reliquit locum; ille vero proxime, qui vel nullis vel pauciſsimis. Quod cum difficile sit exequi, tum etiam, etsi præstitum foret, tamen recluſæ veritatis certum non esset indicium. Atque iis omnibus hoc quoque superadditur incommodum, quod ex differentia versionum inter se sacræ Scripturæ, & variis interpretum sententiis, oriri necesse est. Illud quidem bene est, quod tota fere hæc differentia sit in describendis orna-

ornamentis & cælaturis, quibus æneum Mare cingebatur. Verumtamen cum incerta illa non minus delineanda sint quam alia, quæ magis sunt cognita, in alterutras partes erit utique deveniendum. Rursus cum fulcimentum, quod æneum mare medium sustinebat, exhibendum erit, inter plures ejus constructiones, omnes in quibusdam, ut videtur, probandas, in quibusdam reprehendendas, unicam oportebit eligi. Neque enim possunt, ut in oratione plures unius rei descriptiones adduci, ita etiam in pictura variæ ejus delineationes efformari. Quippe singulis, quæ delineanda sunt, proprius competit locus, qui si ab una delineatione occupatus sit, excluduntur hoc ipso reliquæ. Præter istam necessitatem indulgendi conjecturis, deterrebant quoque ab instituto scribendi illustrium virorum hac in re conatus parum felices; de quibus tamen alios malim, quam meipsum, judicare. At vero tecum, Vir Clarissime, sentiebamus, quod & tu sæpius dixisti, omnino enitendum esse, ut audaci cuidam hominum generi locus eripiatur ingerendi plura

de ἀγνωμοσύνῃ Scripturæ, & ut mensuris in ea adnotatis satis fiat. Quod cum intelligeremus de Mari æneo Salomonis nondum præstitum fuisse, tentavimus primum an aliqua tandem ratione perfici posset: in quo studio summa cura contendimus, ut, si infelicium interpretum numerum forsan augeremus, id tamen negligentiæ nostræ non esset tribuendum. Postquam autem necessitatem nobis ipsis imposuimus ista prosequendi, putavimus satis non esse si de mensuris & descriptionibus, quæ extant in sacra scriptura, in Eusebio & Josepho, cogitaremus. Voluimus etiam architectonices & decori seu verisimilis rationem aliquatenus haberi; quod adeo neglectum fuisse ab insignibus interpretibus, iisque architecturæ peritissimis, valde sum demiratus. Ii nempe ita in angustum cogunt duodecim boves, quos Scriptura docet Mari æneo subjectos fuisse, ut necesse sit eorum posticas partes simul confusas & implicitas esse, monstrumque unicum ex duodecim bobus emergere. Sed & ampliſſimum vas & ponderosissimum in altum extollunt, interposi-

posita que inter ipsum & boves exigua quadam basi, sustentaculo gracili superimponunt: quæ structura videatur lubrica & labilis. Verum notissimum est in omnibus architecturæ & artium fabrilium operibus id potissimum ad gratiam requiri, non tantum solida ut sint omnia, & extra fracturæ ac ruinæ periculum posita, sed talia ut videantur quam maxime. Hæc autem ita accipias velim, Vir Clarissime, non ut aliquid detrahere conemur gloriæ virorum nunquam satis laudatorum: sed ut aliqua ratione promissum temerarium defendamus, nosque adeo de ipso scribendi consilio excusemus. Quemadmodum enim intelligis plura adhuc legitime circa Maris ænei compositionem requiri potuisse, ita vides, ut aliis fuit, sic & nobis esse facile in structuras inelegantes incurrere. Tu vero, vir Clarissime, ea, quæ ad te mittimus, æquo accipies animo. Tua enim, ut scis, auctoritate fuimus ad scribendum commoti; &, cum deinceps essemus ab illo instituto deterriti, te iterum auctore singula resumta sunt. Vale, Vir Clarissime, & in omni literarum

genere

genere versatissime, nosque pro tua benevolentia amare perge. Dabam Oxonii *Kal. Dec. A. C.* MIↃCLXXXVII.

Descriptiones Maris ænei Salomonis.

I. Ex libro 1. Regum, capite VII. vers. 23, 24, 25, & 26.

23. "Fecit quoque Mare fusile decem "cubitorum à labio usque ad labium, ro- "tundum in circuitu: quinque cubito- "rum altitudo ejus, & resticula triginta "cubitorum cingebat illud per circui- "tum. 24. Et sculptura subter labium "circuibat illud decem cubitis ambiens "Mare: duo ordines Sculpturarum Stri- "atarum erant fusiles. 25. Et stabat su- "per duodecim boves, e quibus tres re- "spiciebant ad Aquilonem, & tres ad "Occidentem, & tres ad Meridiem, & "tres ad Orientem, & Mare super eos "desuper erat: quorum posteriora uni- "versa intrinsecus latitabant. 26. Gros- "situdo autem luteris trium unciarum "erat: labiumque ejus, quasi labium "calicis,

"calicis, & folium repandi lilii: duo
"millia batos capiebat.

II. Ex libro II. Paralipomenon, Capite IV. verſ. 2, 3, 4, & 5.

2. "Fecit quoque Mare fuſile decem
"cubitis à labio uſque ad labium, rotun-
"dum per circuitum: quinque cubitos
"habebat altitudinis, & funiculus tri-
"ginta cubitorum ambiebat gyrum ejus.
"3. Similitudo boum erat ſubter illud, &
"decem cubitis quædam extrinſecus cæ-
"laturæ, quaſi duobus verſibus alvum
"Maris circuibant. Boves autem erant
"fuſiles: 4. Et ipſum Mare ſuper duode-
"cim boves impoſitum erat, quorum
"tres reſpiciebant ad Aquilonem, & alii
"tres ad Occidentem: porro tres alii
"Meridiem, & tres, qui reliqui erant,
"Orientem, habentes mare ſuperpo-
"ſitum: poſteriora autem boum erant
"intrinſecus ſub mari. 5. Porro vaſtitas
"ejus habebat menſuram palmi, & labium
"illius erat quaſi labium calicis, vel re-
"pandi lilii, capiebatq; tria millia metre-

"tas. Atque ita Verſio Vulgata Latina, quam fere ſecutus eſt Cl. Villalpandus. Sed conſulatur etiam textus Hebraicus, aut ejus verſio quam vocant interlinearem.

III. Ex Euſebii Præparationis Evangelicæ libro nono, edit. Paris. 1628. f°. ubi verba ſequentia ex Eupolemo citantur.

Κατασκευάσαι δὲ τὸ λυτῆρα χαλκοῦν, μῆκος πηχῶν κ'. τὸ πλάτος πηχῶν κ'. τὸ δὲ ὕψος πηχῶν ε'. ποιῆσαι δὲ ἐπ' αὐτῷ στεφάνην περὶ τὸν βάσιν ἔξω ὑπερέχουσαν πῆχυν ἕνα, πρὸς τὸ τοὺς ἱερεῖς τάς τε πόδας προσκλύζεσθαι, καὶ τὰς χεῖρας νίπτεσθαι ὁπόταν μέλλωσι θύειν. ποιῆσαι δὲ καὶ τὰς βάσεις τοῦ λυτῆρος τορευτὰς χωνευτὰς δώδεκα, καὶ τῷ ὕψει ἀνάλογον μῆκος. καὶ εἶναι ἐξ ὑστέρου μέρους τοῦ τὸν λυτῆρα, ἐκ δεξιῶν τοῦ θυσιαστηρίου. Quæ ita verti poſſe arbitror. "Extruxit autem & labrum æneum longitudine cubitorum 20. & latitudine cubitorum 20. altitudine vero cubitorum quinque. Fecit autem ſuper illo (forſan legendum ὑπ' αὐτῷ, ſub illo) coronam verſus baſin exterius ſupereminentem cubitum unum, ut ſa-

"cer-

"cerdotes pedes abluerent & manus la-
"varent conscendentes. Fecit autem
"& bases labri tornatas *aut laboratas*
"conflatiles duodecim; & altitudine
"hominis, *id est, quatuor cubitorum* as-
"surgentes. Et eas constituit ad poste-
"riorem partem, sub labro, ad dextras
"altaris.

IV. Ex Josephi Antiquitatum Judaicarum libro octavo; edit. Aureliæ Allobr. 1611. f°.

Ἐχώνευσε δὲ καὶ θάλασσαν χαλκῆν εἰς ἡμισφαίριον ἐσχηματισμένον, ἐκλήθη δὲ τὸ χαλκόρρυτον θάλασσα διὰ τὸ μέγεθος. ἦν γὰρ ὁ λυτὴρ ἢ διάμετρον, πηχῶν δέκα, καὶ ὅτι παλαιστιαῖον πάχος κεχωνευμένος. ὑπεῖστο δὲ κατὰ τὸ μεσαίτατον ὃ κύτους σπεῖρα περιαγομένη εἰς ἕλικας δέκα. ἦν δὲ τὼ διάμετρον πήχεος. περιεστήκεσαν δὲ περὶ αὐτὸν μόσχοι δώδεκα, πρὸς τὰ κλίματα τῶν πνεόντων ἀνέμων ἀποβλέποντες, καθ' ἕκαστον αὐτῶν τρεῖς, ἔσω τὰ ὀπίσθια τετυκότες, ὥστ' αὐτοῖς ὑποκαθέζεσθαι ἡμισφαίριον κατὰ περιαγωγὴν ἔνδον ὑπτιεῦον. ἐδέχετο δὲ ἡ θάλασσα βάτους διχιλίους. Quæ ita verti posse arbitror.

"Confecit fusile etiam mare æneum in "hemisphærium figuratum; appellatum "est autem fusile illud opus mare pro- "pter amplitudinem. Erat enim labrum "secundum diametrum cubitorum de- "cem, & ad palmi magnitudinem cras- "situdo conflata. Suffulciebat autem ad "ipsum meditullium alvei spira circum- "ducta in helices decem, eratque *spira* "diametro cubiti unius. Circumstabant "autem circum illam juvenci duodecim, "versus regiones quatuor ventorum ad- "spicientes, secundum unumquemque "ventum tres, introrsum posteriores par- "tes obversi, ut quidem illis superincum- "beret hemisphærium secundum cir- "cumactum intus inclinans. Contine- "bat autem mare batos bis mille. Inter- pretatio tamen Latina habet *ter mille*.

Quidam ita volunt intelligi versiculum 24. sup. num. 1. ut vertendum sit, "& "colocyntæ *vel nodi erant* defubter labi- "um ejus, circumdantes illud, decem in "cubito, ambientes mare circum: duo "erant ordines *nodorum vel* colocynta-

"rum

"rum fuſarum in fuſione ejus. Verſiculum vero 3. num. II. ita reddunt, "Et "imago boum ſubter illud, circumdanti-"um illud: decem *erant* in cubito, am-"bientes mare circum. Duo erant ordi-"nes boum fuſorum in fuſura illius. Quæ verſiones ſunt fere ad verbum factæ.

Quamvis autem verſiones iſtæ non careant difficultate, cum pro decem in cubito vertendum videatur decem cubitis, eas tamen ſecutus ſum, idque eo libentius quod alteri explicationi jam inſerviſſet Villalpandus: ex quo, ſi quis voluerit, poterit ornamenta, ſed præcipue nexos flores ad figuram noſtram transferre & accommodare.

Figura noſtra exhibet mare æneum è latere adſpiciendum. Projectione uſi ſumus geometrica, quæ ſupponit oculum adſpicientis ad maximam diſtantiam eſſe remotum. Maluimus enim menſurarum ſumendarum facilitati conſulere, quam delineationis venuſtati; quæ major proculdubio fuiſſet, ſi oculus ſuppoſitus eſſet nec ad magnam diſtantiam remo-

tus, nec in eadem cum æneo mari altitudine. Adjunximus in ſuperiore tabulæ parte ichnographiam, ſive geometricam delineationem Maris ænei ſuper horizontali plano projecti. Denique ad dextram figuræ partem adpoſuimus maris ænei ſectionem, quam vocant, per axem, in qua partium oſtenditur craſſitudo. Diſtantia *a b* à labio uſque ad labium eſt decem cubitorum; altitudo ſive profunditas *c p* quinque. Circumferentia cum ſit triginta cubitorum, diameter prodit cubitorum 9,549, quanta eſt linea *e e* vel *d d*. In circulis *n n*, *n n*, delineavimus duos ordines nodorum, ſive capitum bovinorum, quorum decem in unoquoque cubito continentur, & trecenti in tota colli circumferentia. Cætera fere addita ſunt ornamenti cauſa, & ad quinos quoſque nodos diſtinguendos, qui, cum eſſent minores, & in una linea diſpoſiti, inelegantem alioquin & nudatam formam præbuiſſent. Mare ipſum rotundum eſt circa axem *c p*, qui eſt ad horizontem rectus. Ut autem vas ipſum ad hemi-



metro $\frac{1}{3}$ partis cylindricæ. Ut autem calculus commode inſtitui poſſit, quatuor palmos, id eſt latus bati in cubum reda-


MARE
SALOM
s
s
s
f
d
l
o
Scala Cubitorum
21.
20.
19.
18.
17.
16.
15.
14.
13.
12.
11.

AÉNEE&M

MONIS.



et Palmorum.

10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. 0. 1. 2. 3. 4. 5. 6.



mam præbuiſſent. [illegible]
eſt circa axem *c p*, qui eſt ad horizontem
rectus. Ut autem vas ipſum ad hemi-
ſphæ-

ſphæricam figuram quam proxime accedat, & in cæteris etiam cum deſcriptionibus præmiſſis cohæreat, ſuppono ejus figuram interiorem fuiſſe in ſuperiori parte cylindricam, idque ad altitudinem cubiti unius, ut oſtenditur linea *f g*; in reliqua vero parte fuiſſe ſphæroidicam, ut oſtenditur linea *g h*. Sphæroidis enim figura, data ſolidi latitudine & profunditate, maxime omnium ad ſphæricam figuram accedit, & hemiſphæroidis ad hemiſphærium. Linea *h i p* repræſentat fundum maris, quod planum fuiſſe & horizonti parallelum ſuppono, & circulum maximum in hemiſphæroide *h g i h*, conſtituiſſe. Jam vero cum Clariſſimo *Edvardo Bernardo* Statuo batum æqualem fuiſſe cubo ex duabus tertiis cubiti. Si igitur ex diametro *e e* 9,549 cubitorum ſubducatur bis craſſitudo palmaris, hoc eſt, ſi ſubducatur numerus 0,333 remanebunt 9,216 cubiti, æquales diametro *f f* partis cylindricæ. Ut autem calculus commode inſtitui poſſit, quatuor palmos, id eſt latus bati in cubum reda-

cti, appellemus *pedem*. Prodit igitur diameter *f f* pedum 13,824. Unde area circuli *f f* eſt pedum quadratorum 150, 09408; quæ area, in altitudinem *f g* pedis 1,5 ducta, dat batos vel pedes cubicos 225, 14112; quanta eſt capacitas partis cylindricæ. Jam autem mare æneum continebat 2000. vel potius 3000. batos. Ultimum enim hunc numerum, eundemque majorem, omnino ſequi conſtituo, tum quod difficilius fuerit ab omnibus interpretibus expertum ei ſatisfacere, tum quod vas omne ter mille batorum capax contineat etiam bis mille batos, at non vice verſa. Sed & capacitas illa major 3000. batorum in Hebraico textu longe expreſſioribus verbis indigitatur quam altera batorum 2000. Subductis igitur 225, 14112 batis ex 3000, remanent 2774, 85888 bati, quot ſphæroidis fruſtum interceptum inter parallelos circulos *g g*, *h i h* continere debet. Horum autem circulorum centra inter ſe diſtant 4 cubitis, hoc eſt, pedibus 6, ſiquidem maris altitudo eſt cubitorum 5.

Hinc

Hinc autem ope calculi geometrici invenio ſemidiametrum circuli *h i h*, ſive fundi ipſius, fuiſſe pedum 14,033 proxime, ac proinde cubitorum 9,355 proxime, quibus addito palmo, quæ eſt craſſitudo maris, habentur cubiti 9,522 æquales lineæ *p l*. Jam vero ſi baſis altitudo *h m* vel *l m* ſupponatur æqualis $\frac{2}{3}$ cubiti, hoc eſt 0,667; & ſi baſis altitudo *l m* ſupponatur ad ejus prominentiam ultra punctum *l* ut 5 ad 3, quemadmodum in figura factum eſt, prodibit baſis prominentia æqualis $\frac{4}{10}$ cubiti, hoc eſt 0,4; qui numerus additus ad 9,522 conficit 9,922; & hujus numeri duplum conficit 19,844 cubitos, æquales diametro baſis 0,0, cum Eupolemus aſſerat maris ænei latitudinem fuiſſe 20 cubitorum, ac proinde vix uno palmo majorem. Si quis tamen velit numerum 20. cubitorum accurate prodire, id facile obtineri poterit, aliquantulum augendo baſis altitudinem. Etenim ſi ut 3 ad 5 ita fiat 0,478 baſis prominentia, quæ compleret 20 cubitos, ad 0,7967 hic numerus

æquabit basis altitudinem *l m*, quæ erit proxime $\frac{1}{3}$ cubiti, cum superius supponeretur $\frac{2}{3}$ cubiti. Illa autem altitudo $\frac{1}{3}$ cubiti, si basi tribueretur, non solum optime cum Eupolemi numeris coincideret, verum etiam efficeret, aucta totius maris altitudine, ut magis ad hemisphæricam figuram accedere videretur : at vero non dubito quin & eadem ratione tota figura gratior futura esset : quam equidem altitudinem ad cubitum unum extendi facile patiar. Ego vero exiguam adhibui basin, eamque ornamentis omnibus nudatam, quæ tamen apposite potuissent addi. Verebar enim ne aut nimium viderer hemisphæricæ figuræ consulere, aut in exiguis esse perquam curiosus.

Calculus, quo circuli *b i b* diameter inventa est, hoc theoremate superstructus fuit, quo poterit etiam comprobari. *Si sphæroidis frustum proponatur resectum à duobus parallelis circulis, quorum alter sit circulus in sphæroide maximus, frusti soliditas æquabitur aream circuli*

culi majoris in circulorum distantiam ductis, addito triente areæ circuli minoris in circulorum item distantiam ducto.

Columnam diametro cubiti unius sub medio mari delineavimus, & necessariam, si fundi latitudinem attendas, & quæ ex Josephi verbis intelligitur adfuisse; qua denique addita nonnihil additum est toti delineationi venustatis. Sane Josephus aliquid adfuisse, quo mare in ipso meditullio sustineretur, aperte dicit. Diametrum etiam corporis illius addit, quod ipse vocat spiram in helices decem circumductam. Ego circa columnam spiram unicam in helices decem complicatam circumduxi. Hac enim ratione Josephi descriptionem adimpleri posse reputavi. Quod equidem eo libentius amplexus sum, quod figura prodiret simillima columnæ, quam S. P. Q. R. erexerunt Trajano. Distantia enim helicum inter se & earum ad horizontem inclinatio, quæ in illustri illa columna observantur, in hac nostra eædem sunt proxime. Helices æquabili ductu delineavi, cum

neque vellem circumductam vitem neque ſerpentem hederam, aut ſimile quid inducere. Totius columnæ altitudo eadem eſt quæ boum, quatuor ſcilicet cubitorum, vel ἀνδρομήκης, ut ſcripſit Euſebius. Cum autem altitudo data eſſet quatuor cubitorum duntaxat, & diameter cubiti unius, partes columnæ ad iſtas menſuras fuerunt accommodandæ.

Plinthum in columnæ capitulo delineavi, non contiguam cum maris ænei fundo, ſed ab eo remotam dimidia parte cubiti: quod ideo feci, ut tota columna cum capitulo infra maris ænei baſin poſita eſſet. Inelegans quippe prodire videbatur ſtructura, ſi capitulum intra baſis orbem occultaretur. Spatium autem, quod inter plinthum & æneum mare vacuum relinquitur, adimpleo corpore rotundo, non multum abſimili parti inferiori baſis, qua Trajani ſtatua ſuſtinebatur. Quamvis enim primo intuitu vix credebam excogitari poſſe figuram corporis, quod aliqua cum venuſtate in illum locum reponeretur, video tamen eam

quam

quam eligo, conſtructionem, nec admodum invenuſtam eſſe, nec rationibus prorſus deſtitui. Baſis plinthus delineata eſt figuræ quadratæ, mallem fuiſſet rotundæ.

Fateor Joſephum expreſſis verbis non dicere, columnam ſub medio mari poſitam fuiſſe, etſi dicat ſpiram, quam forte baſin interpretari quidam vellent. Ego tamen per ſpiram, diametro cubiti unius, & altitudine quatuor cubitorum, columnam intelligi poſſe reputavi; tum quod corpus illud ad ſuffulciendum mare deſtinatum eſſet, tum quod altitudinis ad diametrum proportio exiſteret eadem circiter, quæ tunc temporis in columnis uſurpabatur. Iis enim utebantur craſſioribus quam ut architectura noſtra probare poſſit, quemadmodum ex quibuſdam ſcripturæ locis clarum eſt, & ex Architectonices hiſtoria. Nolo autem pro columna ſub medio mari reponenda pertinacius diſputare. Per me licet alii in iſto loco conſtituant baſin, in decem quaſi prominentes circulos diſtinctam; quam

conſtructionem facile crediderim genuinam fuiſſe, etſi aliam in delineatione ſecutus ſim. Equidem prima fronte aliquandiu dubitavi an omnino columnam ſub æneo mari delinearem nec ne; quod ea compoſitio durior videretur, ſi idem opus partim à columna ſuſtineretur, partim à bobus. Sed in hoc ipſo, quod alioquin improbandum putabam, intelligebam decorum aliquatenus obſervari, quod compoſitio non eſſet admodum emendata, qualem veriſimile eſt in ſtructuris ſæpius occurriſſe priſcis temporibus, antequam architectura ſua cepiſſet incrementa, notamque adepta eſſet perfectionem.

In antiquo templo, cujus locum Palladius his verbis deſignat, *che è ſotto Trevi*, extat columnarum ſtriatarum genus, quod ſatis bene cum Joſephi deſcriptione congruit. In iis ſtriæ non ſunt ſecundum columnæ ſcapum directæ, ſed in helices vel ſpiras oblique convolutæ. Jam vero ſi decem duntaxat ſtriæ in columna ſupponantur, qui numerus propter

pter obliquitatem non erit æquo minor, forte Josephus ejusmodi columnam, positam sub æneo mari, vocare potuerit spiram in helices decem circumductam.

Boves inter se distare supposui circuli parte decima sexta: inter boves autem ternos quoscunque duplam intercedere distantiam. In maris ænei ichnographia, lineæ à centro *c* per puncta *s* ductæ boum positionem demonstrant.

Eupolemi coronam non delineavi, cum satis assequi non possem quo esset præcipue loco & qua forma delineanda. Si quis tamen eam contendat super ipso mari positam fuisse, habebit utique in figura nostra coronam exterius supereminentem cubitum unum. Ego vero eam libentius crediderim sub mari, imo subipsis bobus, extitisse. Qua enim ratione, aut qua etiam utilitate, sacerdotes mare ipsum conscendissent? An ut pedes abluerent & manus in aqua & remota, & profundissima, ubi vestigium sisti non posset? An ut omnes in eadem aqua? An ut in edito potissimum loco? At vero,

ro, ſi corona altitudine unius tantum cubiti ſub ipſis bobus reponatur, ſacerdotes facile potuerint eam conſcendere, ad pedes abluendos; manuſque in eadem lavare, ſine conſcendendi neceſſitate: ſiquidem in ea paratam & proximam aquam invenerint, in varios ac diſtinctos & alveos & uſus diſtributam. Optime vero hæc diſpoſitio cum Eupolemi deſcriptione congruet, ſi, quemadmodum adnotatum eſt, pro ἐπ' αὐτῷ legatur ἐπ' αὐτῷ. Sed & hac ratione recte dicere potuit Joſephus ſacerdotes manus & pedes in mari abluiſſe, cum corona, quomodo eam mente concipio, fuerit pars baleos, vel ipſa etiam baſis, qua & boves & reliquum opus æneum ſuſtinebantur. Poteſt autem corona, ſub bobus ita diſponi, ut toti operi plurimum accreſcat majeſtatis & gratiæ. Sub corona gradus quoſdam ſtatuendos duco, per quos ad eam pateat aſcenſus, & quibus ea ſuperſtruenda potius videtur, quam è proximo ſolo nullis interpoſitis gradibus educenda.

Deli-

Delineationem quod attinet, ſcio multa in ea poſſe reprehendi, quorum alia in me ipſum rejicienda ſunt, alia in artificem, qui æri figuram incidit. Sed cum hæc proprie nihil faciant ad meum propoſitum, atque ejus ſint etiam naturæ, ut a paucis ea credam obſervatum iri, reticenda potius viſa ſunt, quam diligenter enumeranda.

Jam autem, ut de univerſa etiam ordinatione dicamus, ſi uno quaſi intuitu totum opus ſimul conſideretur, ſtupendum utique magis videbitur propter conſilii inventioniſque magnitudinem & audaciam, quam propter diſpoſitionis gratiam & venuſtatem admirandum. Tyrio tamen artifici liberum erat opus ſuum pro arbitrio ad eam ſpeciem conformare, quæ ipſi videretur magis elegans & venuſta. Nos autem, cum breves & obſcuras ſequeremur operis deſcriptiones, & eſſemus pluribus numeris conſtricti, multum procul dubio de nativa gratia & venuſtate detraximus. Neque enim ii ſumus, qui noſtrum maris ænei typum contendamus

accuratiſſimum eſſe, & prototypo ſimillimum. Hoc præcipue voluimus, ut ſcilicet cohæreret figura noſtra & explicatio cum deſcriptionibus præmiſſis, & cum optime conſtituta bati magnitudine; arbitrati ſatis eſſe, ſi quæ inſtitui poſſent deſcriptiones figuræ noſtræ iiſdem fere verbis eſſent abſolvendæ, quibus priores illæ conſignatæ ſunt.

Oſtendimus igitur eas, quæ ſuperſunt, maris ænei deſcriptiones, & inter ſe conſociari poſſe, & cum nota bati capacitate conciliari: quod præcipuum erit operæ noſtræ pretium.

Liceat itaque paucis de eorum injuſtitia conqueri, qui temerario S. Scripturas arguunt, & ſine cauſa condemnant, cum ipſi tamen plerumque vel non poſſint vel nolint in earum veritatem ſedulo inquirere. Quæ iniqua animi diſpoſitio nullam ſane excuſationem haberet, etſi de humanis ſcriptis duntaxat ageretur.

ΕΠΙΜΕΤΡΟΝ.

ADdite *Pag.* 35. v. 2. *Quarta*, quam vocant Colonienſes, capit vini uncias menſurales 46, libraſque medicas ſeu *Veſpaſianicas* 4 minus 2 unciis, aut libras fori Colonienſis 3 minus 2 unciis. Vas idem continet olei uncias metricas 41 plus 2 drachmis, libraſque medicas 3 plus unciis $5\frac{3}{8}$, aut Colonienſes libras $2\frac{1}{2}$ plus uncia $1\frac{3}{8}$. Idem denique complent mellis unciæ menſurales 62: libræ medicæ 5 plus binis unciis, aut Colonienſium libræ nundinariæ, unciis 16. compactæ, 4 minus unciis duabus. Cæterum Scriptulum unum appendunt ficca & mediocria grana lupinorum 5, lentium 56, foenigræci 60, hordeique 32, aut filiquæ octo. *Bernardus Deſſenius Cronenburgicus. Tenebitis etiam has dictiones optimi ſcriptoris.* ἥμισυ κυάθου μικροῦ, myſtrum parvum. δύο κοτύλαι, Sextarius: ἡμικοτύλιον, duo acetabula. ἡμιχοινιξ & ἡμιχοίνικον, $\frac{1}{2}$ cotylæ: ἥμισυ ὀξυβάφου, $\frac{1}{8}$ Cotylæ: σκαφὶς, ἡ χηραμὶς, Concha. τετραημόριον μνᾶς,

25 drachmæ. κοτύλης δέκατον μέρος, uncia una olei: ἡμίχυν, 6 Cotylæ: δραχμὶς, pugillus. ὀβολὸς αἰγιναῖος, $\frac{5}{3}$ obolus Attici: μηκώνιον, λεκύσκιον ἀττικὸν στρογγύλον, acetabulum Atticum. κύαμος ἑλληνικὸς, faba Græca. *Medicorum pater Hippocrates. Æqua tamen pondera mensurasque Græcorum, Ramanorum & Arabum, antidota, acopa, emplastra, malagmata, collyria, & pharmaca alia, dum conferuntur, Nicandri, Dioscoridis, Andromachi, Galeni, P. Æginetæ, Aetii & Myrepsi, atque è Latinis Celsi, Plinii, Scribonii & Marcelli, interque Arabas Mesuæ, Abensinæ, Beitaridæ, Serapionis, Saladini, vere ac abunde demonstrant.*

Pagin. 63. *v.* 4. *Sciatis insuper vas illud Romanum, quod hodieque adservat Museum illustris Asmolii, spoliis pollutum Libitinæ, accipere nostro ab experimento aquæ libras Avoirdupois* 50. *aut de Troy* 60, 845. *aut Vespasianicas* 70, *vereve Romanas libras* 66$\frac{2}{3}$, *tanquam tenet Quadrantalis Quiritium portio justa* $\frac{1}{8}$.

Deiicies autem ad extremam Paginam 98 *à loco non suo Pag.* 32. *hæc talia*: Quanta

equidem

equidem ponderat Faba Ægyptia Antidoti Mithridatici felix doſis, *Andromacho*, *Damocrate*, *Celſo*, *Galeno* & veterum aliis adprobantibus. Κύαμος eadem & κυάμιον nuncupatur. *Dioſcor.* & *Galenus.*

Paginæ vero 197. *verſubus* 14 & 15. *aut ſumma Pag.* 244. *quicquid obiter diximus de menſuris longis Sinenſium, jam exigat loco Epiſtola iſta viri chari, reverendi, ac pleriſque omnibus Aſiæ dialectis exquiſite docti* Thomæ Hyde S. T. D. *Archidiaconi Gloceſtrenſis, & publicæ Oxonienſium Bibliothecæ præfecti.*

THO-

Thomas Hyde
Edvardo Bernardo
Salutem.

EA quæ dudum à me desideraſti de Ponderibus & Menſuris Chinenſium, qualiacunque ſint, jam libenter ad te mitto; ut inde tibi quatenus cum eis aliarum gentium congruant ab iiſve diſcrepent, conſtare poſſit. Maxima Longitudinis aut Diſtantiarum apud Chinenſes Menſura eſt *çan*, quæ facit 8 *P'u*, ſeu 80 *Li*; quod apud eos eſt ordinarium iter diurnum, quantum Sinenſes ambulando conficiunt. Adeo ut unum *P'u* faciat 10 *Li*, id eſt, 4 milliaria Anglica, vel 1 Leucam Germ. p. m. cum pluſculo. Quantum autem ſit *Li*, ut & reliquæ Menſuræ, jam accuratius definietur.

Nempe unum *Li*, (quod commodioris vocabuli defectu *Milliare* Sinicum vocari poſſit,) compertum eſt continere 360 *Pu'u'*, ſeu *Paſſus* Sinicos; ſic enim illa vox à D. Martinio ſcribitur. Chinenſis

426:98

ſis meus (amicus chariſſimus *D. Michael Shin Fo-çung* qui proxime elapſa æſtate 1687 hic Oxonii fuit,) ſimpliciter ſcribebat [2] *Pu*, & dicebat continere tantum 5 *Che* ſeu *Cubitos:* ſed D. Martinius in Atlante & D. Semedo conſentientes ſcribunt *Paſſum* continere 6 *Che* ſeu *Cubitos* Sinicos. Eſt autem [3] *Chang* decuplo longior menſura, continens 10 *Che*. Eſt quoque iſta fere quadruplo longior menſura dicta [4] *Pi*, qua Pannum aut Sericum metiuntur. Chinenſis noſter, 4 *Chang* aut pauciores continere ſcripſit, indefinitam integræ cujuſvis telæ longitudinem hoc nomine notans. Ut autem cum noſtris Menſuris magis accurate fieri poſſit collatio, tanquam reliquorum Fundamentum ponam Sinicum [5] *Che*, id eſt, *Ulnam* ſeu *Cubitum*, (qui in 1 omnium Partes ſeu Uncias dividitur,) fere æquans Pedem noſtrum Anglicum in Partes ſeu Uncias 12 diviſum; adeo ut Unciæ Sinicæ neceſſario ſint majores Unciis Europæis. Ejuſmodi autem Pars, quam Unciam vocamus, illis dicitur [6] *çun*, ſeu *çen*, ſive

çuen

çuen: Nam tot modis pronuntiatur. Et quodvis *çun* rursus subdividitur in 10 ' *Fuen*, seu partes minores, sc. in decimas decimæ. Et unumquodque *Fuen* rursus adhuc subdividitur in 10 *Ly* seu [8] *Li*, id est, partes præcedentibus minores. Hinc continuata subtiliore divisione, quodvis hujusmodi *Li* distribuitur rursus in 10 ' *Ha'o*, seu partes adhuc minutiores. Et quodvis *Háo* subtilius subdivisum continet 10 *Sù* seu partes prioribus minores. Et unumquodque [10] *Sù* similiter in denas minutiores partes subdivisum, continet 10 *Ho'e* [11] seu partes omnium minimas. Hujusmodi autem minutissimæ divisiones sunt tantum imaginariæ ad Fractiones commodis verbis concipiendas & exprimendas, potius quam ut in aliquo Instrumento ligneo aut æneo notari & designari possint.

Quibusdam apud Sinenses mos est, in denominando Pedis seu Cubiti partes, semper præmittere vocem *Che*, ut *Che çun*, *Che fuen*, &c. idque ut hoc modo significetur *çun* aut *fuen* esse subdivisiones τῦ *Che*,

Che, non autem alterius cujuſvis menſuræ; cum aliæ pariter in *çun* & *fuen*, ſeu Denas & Subdenas Partes dividantur. Et ſic in denominando Partes majoris aut minoris Cubiti, dicitur *Ta che çun*, aut *Siao che çun*, &c. de quibus infra dicetur. In Mercatoris mei Vocabulario Sinico MS in vernacula Provinciæ *Fokien*, legitur *Chick ſoon*, & *Chit ſoon*, aut *Chid ſoon*, i.e. *unum ſoon*; & *Chid hoon*, i. e. *unum hoon*; pro quo in Dialecto Mandarinica (qua Aulici & Docti utuntur,) diceretur [12] *Ye çun*, & *Ye hoe*, &c. D. Semedo vocat *Huzun*, *Hufuen*, *Hucham*, &c.

Ut autem prædictum *Che* conferatur cum Pede Anglico Turris Londinenſis pedem Romanum $\frac{1}{4}$ unciæ ſuperante & excedente, notandum eſt D. Martinii *Che* ſeu *Cubitum* Sinicum ænea Regula in Atlante Sinico impreſſum, noſtro Anglicano Pede breviorem eſſe fere $\frac{1}{8}$ Unciæ, charta jam exiccata; quæ dum inter imprimendum madens & expanſior, forte differentiam $\frac{1}{16}$ ſuperantem vix dederit; ut hac ratione menſuræ ibi apparenti ali-

quid addendum sit. Sed ut Practicorum potius quam Theoricorum dictis & regulis in hujusmodi rebus plerumque credendum duxerim, sic mihi jam videtur fidem tutius adhiberi posse Mercatoribus, quorum interest scire Mensuras per quas quotidie emunt & vendunt, potius quam Doctis & Studiosis, quibus ejusmodi occasiones rarius contingunt. Inde est quod misso D. Martinii Cubito seu Pede, tutius fidendum duxi dicto Libro MS Amici mei Viri Amplissimi D. Joh. Dacres ad Sinas Mercatoris, qui disertis verbis ponit Sinicum Pedem esse duplicem, minorem & majorem: minorem, qui Aurifabrorum, esse Pede Anglicano breviorem ¦Unciæ: majorem Pedem, qui Lignifabrorum, esse pede Anglicano breviorem tantum ¦ Unciæ. Et hic Pes seu Cubitus longior, is est qui apud Chinenses in Geodæsiam venit, quemque tanquam authenticum in Mensuris designandis secuturi sumus. Nihilominus tamen, dum in sequentibus Milliaris spatium definimus, juxta omnes dictas Cubiti differentias

cum

cum nostra mensura instituetur collatio.

Chinensis meus triplicem mihi designavit Cubitum, quorum primus est [13] *Ta che*, id est, *Magna mensura*. Secundus, qui præcedente minor, est [14] *Quon che*, id est, *Mandarinorum mensura*, per quam Aulici Sericum & ejusmodi merces, quæ ad Aulam Regiam advehuntur, emunt. Tertius est [15] *Siáo che*, id est, *Parva mensura*; de qua, ut & de prima, superius diximus.

Obiter quosque moneo, me in dicto Vocabulario reperisse Anglice an Ell, Sinice dictum *Baa*; scil. *Chid Baa* seu *Baa chid*, id est, *unum Baa*. Ego autem nec Vocem nec Mensuram Sinicam esse puto: sed potius Arabicum باع *Baa*, quo *Orgyia*, (vulgo *Brassa*) notatur, ab exoticis Mercatoribus introductum; & apud Sinenses paulo aliter quam apud Arabes usurpatum; cum certe Anglicum Ell sit multo brevior quam *Orgyia*, quæ genuina Sinica voce vocatur [16] *To*.

Instrumentum ligneum Geodæticum seu Agrimensorium apud Chinenses for-

ma diducti Circini, vocatur " *Pu*, id est, *Passus* Sinicus Geometricus, continens (ut D. Martinius & D. Semedo asserunt,) 6 *Che* seu *Cubitus* Sinicos, ut supra dictum. Chinensis autem meus uno Pede seu Cubito breviorem (si forte recte) constituit. Sed ad Collationem cum mensuris Anglicis properandum est.

Cum itaque secundum D. Gunterum & accuratiores harum rerum scrutatores, *Milliare* Anglicum per Statuta Regni contineat 1056 *Passus* Geometricos 5 Pedum, vel 8 Stadia; tum hujus nostri Milliaris singula Stadia habebunt 660 Pedes Anglicos. Et, si Cubitus Sinicus esset plane æqualis Pedi Anglico, tum secundum hunc censum, *Li* seu Milliare Sinicum habens 360 Passus Sinicos 6 Pedum Sinicorum, contineret Triliadium Anglicum cum 180 Pedibus Anglicis. Et hæc sit prima Collatio. Sed cum certum sit eorum Cubitum esse nostro Pede breviorem, oportet aliter numeremus, demendo (ut supra) à singulis Cubitis Sinicis 4 Uncias Anglicanas; qua

ratione

ratione Sinicum *Li* contineret Triſtadium Angl. cum tantum 168 Pedibus Angl. & 9 Unciis. Et hæc ſit ſecunda Collatio. Poſito autem (ut ſupra) quod Cubitus Sinicus ſit Pede Angl. brevior $\frac{1}{4}$ Unciæ, tum Sinicum *Li* faciet Triſtadium Anglicum cum tantum $157\frac{1}{2}$ Pedibus Anglicis. Et hæc ſit tertia Collatio.

Supradicta autem Authoritate ſatis liquet, Cubitum Sinicum revera eſſe $\frac{1}{4}$ Unciæ breviorem Pede Anglicano, qua in re convenit cum Pede Romano: & ſecundum hunc cenſum (quem veriorem eſſe judico,) Sinicum *Li* continebit Triſtadium Anglicanum cum tantum 135 Pedibus noſtris Anglicis. Et hæc ſit quarta Collatio, ſecundum iſtum Cubitum Sinicum majorem, qui in Geodæſiam venit, in qua nulla Cubiti minoris ratio habenda eſt; ideoque nec hic Collatione ejus ad Milliare Sinicum metiendum aut cum noſtro conferendum opus eſt. Si autem ſecundum Chinenſis mei Paſſum 5 Pedum ſeu Cubitorum, numeraveris Paſſus 360, (nempe dempto ex ſin-

gulis Paſſibus uno Cubito Sinico, in toto 360 Cubitis, qui faciunt Pedes Angl. 352½ cum 6 Unciis,) tum ſecundum hunc cenſum, Sinicum *Li* erit tantum Biſtadium Angl. cum Pedibus Angl. 442½. Ex hac ultima Collatione, Sinicum *Li* eſſet multo brevius quam deſignavit D. Mart. cum (ut ſupra) ponat dictum *Li* continere 360 Paſſus Sinicos 6 Cubitorum, qui faciunt Cubitos Sinicos 2160, Pedes Anglicos 2115. Dictus autem Vir Doctus hallucinari videtur, dum uni Gradui Æquatoris aſſignat Milliaria Sinica 250. Hæc vero tam enormis computatio oritur ex male fundata Hypotheſi, quod ſcil. *Li* ſit tantum 2 Stadia; qua quidem ratione, Sinica *Li* 250 facerent Milliaria Europæa 62½, quæ ſumma ad unum Gradum prope accedit: & hinc ponit 15 Leucas Germanicas (quæ continent 60 Milliaria,) uni Æquatoris Gradui reſpondere. Sed cum is in eodem Atlante poſuerit *Li* continere 360 Paſſus 6 Cubitorum ſeu Pedum ſingulos, inde peti poſſit contra ipſum Demonſtratio, quod

Sinica

Sinica *Li* 250 (ſec. noſtram ſuperiorem Collationem quartam,) revera continent Paſſus Sinicos 90000, aut Cubitos Sinicos 540000; Pedes vero Anglicanos 528750, qui faciunt Milliaria Angl. 100, cum uno Stadio & 90 Pedibus Anglicis, quod nimium eſt; cum Europæi nunquam ſolerent uni Gradui tribuere ultra 60 Milliaria, quæ ſi Anglicana eſſe putes, faciunt tantum Milliaria Sinica 149¼ cum 90 Pedibus Sinicis. Moderni autem in hac parte accuratiores, uni Gradui cœleſti dant in terra 69 Milliaria p. m. quæ ſi Anglica eſſe velis, faciunt Milliaria Sinica 172½ cum Pedibus Sinicis 22½.

D. Semedo paulo aliter procedens, abbreviat Sinicum *Li*, demendo 60 Paſſus Sinicos ſeu Pedes Sinicos 360, qui faciunt Pedes Anglicos 352½, i. e. Semiſtadium Anglicum cum 22½ Pedibus Anglicis. Et hac ratione conſtituit Sinicum *Li* habere tantum Sinicos Paſſus 1500, ſeu Pedes Sinicos 1800; qui faciunt Anglicos Pedes 1762½, ſeu Anglica Stadia 2

cum

cum Pedibus 442½, i.e. Semiſtadium plus Pedibus 12½; adeoque 15 ejuſmodi *Li* facere 4 Milliaria ſeu Leucam: (cui tamen D. Mart. in Hiſt. Sinica tribuit 16 *Li*, i. e. 16 ſua Biſtadia.) Et ſeptendecies ejuſmodi 15 *Li*, faciunt numerum τῶν *Li* 255; unde ferme emergerent ejus 17 Leucæ, ſeu 68 Milliaria Europæa. Sed cum ejus *Li* abbreviatum contineat tantum Stadia duo cum pedibus 442½, hæc ſumma quindecies multiplicata, revera dat Anglica Milliaria 4 cum Stadiis 5 & Pedibus 517½. Et iſta ſumma ſeptendecies multiplicata, (ſc. Milliaria Sinica 255,) facit Anglica Milliaria 84 cum Stadiis 7 & pedibus 297½. Ejuſque 100 *Li* ſuo modo abbreviata pro itinere diurno, continent tantum Milliaria Anglica 33 cum Stadiis 3 & Pedibus 30. Sed ſi cum D. Martinio, ponatur *Li* continere 360 Paſſus 6 Pedum, tum dictæ ſummæ adhuc multo magis excedent: nam ſi Sinica *Li* 2½ faciant unum Milliare Angl. cum Pedibus 7½, tum 10 Sinica *Li* facient 4 Milliaria Anglica cum Pedibus 30, quæ fere reſpondent

Leucæ

Leucæ Germanicæ: & 15 ejuſmodi *Li* facerent Anglica Milliaria 6 cum Pedibus 45: & hæc ſumma multiplicata ſeptendecies, produceret Anglica Milliaria 102 cum Stadio uno & Pedibus 105. Iter vero diurnum ſec. Martinii 80 *Li*, haberet Milliaria Anglica tantum 32 cum Pedibus 240. D. Semed. verba audi, ubi viarum Menſuras exponit, ſtatuens *unum* Li *continere* 300 *Paßus*; *&* 100 Li *facere* Stadium *ſeu* Curſum, *ſc. iter unius diei: & quod verſus Boream aut Auſtrum* 255 Li *faciant unum Gradum, dando* 15 Li *unicuique Leucæ, &* 17 *Leucas uni Gradui.* Alibi ait, 30 Li *faciunt 6 Milliaria.*

Iſtis autem Viris alias ſane Magnis venia in hac parte indulgeri poſſit, dum aliis majoris momenti rebus vacaverint; ſatiſque duxerint innuiſſe quales eſſent Menſuræ Sinicæ, potius quam accurate eas definiviſſe; nec forte habuerint ſecum Computiſtam, qui Operationes Arithmeticas præſtare & omnibus numeris abſolutas exhibere potuiſſet.

Habent adhuc Chinenſes ad Agrimen-

ſoriam magis proprie pertinentes Menſuras Geodæticas; ad quas melius explorandas, pro Fundamento primo explicabitur quantum terræ ſpatium ſit [18] *Meu*, quod Sinice definitur eſſe [19] *Chang ſhe lo pu*, id eſt, *Longum* 16 *Paſſus*, et [20] *Que ſhe u pu*, id eſt, *Latum* 15 *Paſſus* Sinicos, qui dant quadratos Pedes Sinicos 8640, quadratos Pedes Anglicos 8460, qui faciunt Jugeri Anglici $\frac{1}{3}$ cum 1260 Pedibus: nam totum Jugerum Angl. conſtat Quadratis Pedibus 43560. Hujus Menſuræ *Meu* ſubdiviſiones eiſdem gaudent Nominibus Sinicis cum illis Cubiti, & eiſdem Characteribus exprimuntur; quæ itaque rurſus ſculpere opus non erit. Namque *Meu* continet 10 *Fuen*: & hoc continet 10 *Li*: & iſtud continet 10 *Háo*: & hoc continet 10 *Su*: & iſtud continet 10 *Hoe*, quæ eſt Diviſio ſeu Menſura omnium minima. Deinde habent aliam terræ Menſuram decuplo majorem, dictam [21] *King*, quorum unum continet 100 *Meu*, ſeu Jugera Anglica 19$\frac{1}{3}$ cum Quadratis Pedibus Angl. 7470. Hæ (ut vides) Menſuræ faciunt Quadrangula oblonga:

oblongas in quales olim Quadraturas totam Chinam diviſerunt, ut hac ratione Tributa & Vectigalia faciliori negotio colligere poſſent. Hactenus de Menſuris Superficierum, ſeu Longitudinis & Diſtantiarum. Jam proxime ventum eſt ad Menſuras Contentorum ſeu Capacitatis.

In hiſce Menſuris explicandis, Chinenſium more incipiam à minoribus per Grana Tritici, Oryzæ, &c. Et quidem minima Menſura Sinice dicta [22] *So*, continet 3 Grana. Huic proxima, ordine alteri ſuccedens Sinice vocata [23] *Quei*, continet circiter 10 Grana. Deinde creſcendo ſequitur decuplo major Menſura [24] *Co* ſeu Pugillus (ut vocat Chinenſis meus,) continens circiter 100 Grana. Poſtea veniens *Chao*, cont. circiter 1000 Grana. Deinde hanc menſuram creſcendi ordine ſequitur [26] *Cho*, continens circiter 10000 Grana. Poſtea per Decies Denas auctum ſequitur [27] *Ho*, ſua capacitate continens circiter 100000 Grana. Deinde (decuplo multiplicatum, ut puto,) [28] *Shing* eſt Oryzæ una Libra & amplius, ſeu

menſura diurna unius Mercenarii. Tunc ſuccedit [29] *Teu* decuplo amplior menſura, continens 10 *Shing*. Dein quintuplo major [30] *Ho* continet 5 *Teu*. Tunc ſequitur adhuc major menſura dicta [31] *Fu*, continens 6 *Teu* et 4 *Shing*. Quæ hanc ſequitur magnitudine ſeu capacitate ei proxima, eſt [32] *She*, continens 10 *Teu*, vel 100 Libras, ſc. onus unius Bajuli. Deinde veniens [33] *Yu* continet 16 *Teu*. Tum poſtea iſtam ſequitur [34] *Chung* continens 3 *She* & 4 *Teu*. Poſtremo agmen claudit [35] *Ping* continens 8 *She*.

Sciendum eſt, ſupradictam menſuram *Shing*, eſſe Chinenſium Libram ordinariam & communiſſimam, continentem 16 uncias: & *Pataconem* Hiſpanicum ad ſtateram ſeu Libram Sinicam ponderatum, continere 7 Scrupulos & 3 Minuta ſeu Grana, ut ſit præciſe Uncia Sinica. Sed præter ordinariam Libram 16 unciarum, habent varias alias Libras majores ad res groſſiores ponderandas: habent enim Libram 18 unciarum, & aliam 20 unciarum, & adhuc aliam 24 unciarum. Hactenus Chinenſis meus.

Ea

Ea quæ ex aliis Authoribus exhibeo, eorum verbis tradam. D. Semedo p.68, menſuras capacitatis ſic exponit; *Magna Menſura Granorum, ut Oryzæ, Leguminum,* &c. *Luſitanice dicta* Pico, *Sinice* Tan, *componitur ex minoribus, quarum minima eſt quantum contineri poſſit in una Palma ſeu Concavo manus. Horum* 10 *faciunt unum* Xim, [*pron.* Shing;] *quantum ſc. Oryzæ homo ordinarie edit uno die*: *&* 10 Xim *faciunt unum* Teu: *&* 10 Teu *faciunt unum* Tan, *quod pondere continet* 100 Cattes, *quæ faciunt* 125 *Libras Luſitanicas* 16 *unciarum ſingulas.* Deinde ad Pondera procedit, *incipiendo à* Hao, *quæ eſt decima pars Luſitanicæ unius* Caxæ; *nam* 10 Hao *faciunt unam* Caxam: *& unum* Li *correſpondet uni dimidio Julio:* 10 Li *faciunt unum* Condrinum: *&* 10 Condrin *faciunt unum* Mas: 10 Mas *unum* Tael: 16 Tael *unum* Catte, *qualis eſt eorum Libra; quæ tamen major quam noſtra,* inquit D. Semedo: *nam eorum* 16 Tael *faciunt è Libris noſtris* 20. *Et* 100 Cattes *faciunt unum* Pico, *illis*

dictum

dictum Tan. In rebus autem ponderandis, utuntur Statera Romana, longa trabe metallica constans, qua etiam grossiori forma utuntur Laniones Angli.

Ex Legatione Batavica, p. 165, *Pondus* Catte *valet* 5 Quadrantes. Teila *Sinica valet* 10 Maas: *singula* Maas *Drachmam unam & semis.* Condrinus *est decimum pars unius* Maas. *Unum* Picol *seu* Pecull *est pondus* 125 *Librarum lignorum ad struendum focum, vel aliarum rerum.* Ligna enim pondere emuntur & venduntur.

Ex Purchasii prima parte pag. 390, Saccus *continet* Cattes 49½ *Sinicas.* Catte *facit* Reales 2 1/12 *Anglicas.* Saccus *vocatur* Timbang. Timbang 2 *faciunt unum* Peecull. Peeculia 3 *faciunt unum parvum* Bahar. Peeculia 4½ *faciunt unum magnum* Bahar, *quod est* Cattes 445½. *Japonensium* Coulack *continet* Cattes 7¼. Coulacki 7 *faciunt unum* Timbang *mensuræ aquariæ. Ad ponderandum res pretiosissimas,* Taile *æquat* Reales 2¼, *aut uncias duas Anglicanas.* Taile *Malayca seu Malaccana æquivalet* Reali 1½, *aut unciæ*

Angli-

Anglicanæ $1\frac{1}{3}$. Taile *Sinica æquipondetat* Reali $1\frac{1}{20}$, *aut unciæ Anglicanæ* $1\frac{1}{3}$. Sic ille, aut Mercator à quo didicerit.

In ſupradicto Vocabulario Sinico hæc Vernacule ſic leguntur: unum Condreen eſt Chid hoon: unum Maſs eſt Chid thee: unum Tayle eſt Chid neo, unum Pecull eſt chid Taa. Unum Catte eſt chid kin.

Cum vero jam inter menſuras verſemur, priuſquam manum de Tabula tollam, haud abs re erit pauca de egregio Chinenſium muro delibare, tam propter rei celebritatem, quam quod menſurandi haud contemnendum exemplar nobis exhibeat. Magnus et ſtupendus ille Chinenſium murus (quem D. Verbieſt oculatus teſtis inter 7 Orbis miracula numerari poſſe non dubitat,) contra Tatarorum incurſiones extructus, Chinam Borealem à Tataria dirimit circa Latitudinis Gradum 42. Hic murus in Occidente incipit in Provincia [36] *Xenſi*, [pron. *Shenſi*,] circa Latitudinis gradum 38; haud procul à litore [37] *Hoang Ho*, id eſt, *Flavi Fluvii*, (vulgo *Crocei Fluvii*,) qui

circa

circa Lat. 31, oritur ex Lacubus, qui in meridionali parte laciniæ montis [38] *Quen len*: & inde Occidentem Chinæ alluens, & muri extremitatem præterfluens, Tatariam ingreditur vergendo ad Borrapelioten: & inde in Auſtrum rediens ſub arcum Muri circa Longitudinis Gradum 138 (ad occaſum alluens intra murum τὴν *Ning* [39] *hia hoi*, id eſt, *Pacis & Hia fortalitium*, ſeu *civitatem munitam*, pro tuenda Familia *Hia*,) revertitur in Chinam, quam tranſverſim ſecat Auſtrorientaliter donec in mare Orientale exoneretur circa Lat. 34. Ad Occidentalem hujus muri extremitatem (in Regni Chinenſis Mappa quam ab Ampliſſimo Viro D. Georgio White Mercatore Anglo accepi,) Sinicis characteribus notatum legitur, [40] *Cho chang ching ki çu, chi Liao-tung chi*, id eſt, *Fabricatio longi muri incipit hic, apud Liaotung deſinit.* Hinc in Orientem tendens totam Septentrionalem Chinæ partem à [41] *Mo cu Ta çu* ſeu *Mogolo-Tataris* dirimit, donec tandem dictam *Provinciam Liaotung* prætergreſſus immediate ingrediatur

tur maris Sinum dictum.[42] *Ta lo kiang*, ſeu & *Ta lo Lacum*; ſc. illum Sinum in quem ex Tataria infunditur Fluvius *Ta lo*, qui à Septentrione deſcendit ex illis partibus ubi eſt Mogolo-Tatarice dictus جغان ناور *Changàn-naur*, id eſt, *Albus Lacus*; idem ſc. qui in Globis & Chartis fere ad eundem ſonum Italico more ſcribitur *Cianganor*; Sinice dictus[43] *Ngan çung kiang*, id eſt, *Pacificus bonus Lacus*. Fluvius inquam *Talo* ex ſupradictis partibus labens, tandem exoneratur in dictum maris Sinum, qui Boreales Sinas ad ortum dirimit à[44] *Chiao ſian* (Martinio *Chao ſien*,) Peninſula in Globis *Corea* dicta, (Mogolice كرى *Cori*, id eſt, *Petræa* ſeu *Saxoſa*, ſi vim vocis ſpectes,) quæ Sinas interjacet &[45] *Ge-pen*, id eſt, *Solis originem*, Inſulam nempe totius Orbis ultimam, vulgo *Japan*. Ibique juxta muri extremitatem Orientalem in dicta Mappa Sinice ſcriptum notatur,[46] *Cin chu chang ching ge hai ſu li çai tie ki hia ço ti*, id eſt, *Chin* [familia Imperatoria] *fabricavit longum murum intra mare*

circiter-decem Li: poſuit ferrum iſtum infra, faciendo fundamentum. Sic ad ordinem & ſitum vocum reddo: ſenſus eſt *infra iſtum.* Nempe iſtum murum fabricari curavit Imperator *Ching*, al. dictus *Xi*, [pron. *Shi*,] Author Familiæ *Cin*, unde totum Regnum tunc denominatum eſt *China*. Murus inchoatus eſt annis ante Chriſtum 215, & multorum manibus quinquennio abſolutus: nam ex ſingulis denis hominibus, tres ad iſtud opus adegerunt. Orientalis muri extremitas in ipſum mare protenditur, & aquas ſubiens per medias undas ducitur per 10 *Li*, ſeu 4 milliaria Anglica cum plusculo; ad cujus Fundamentum jaciendum grandioribus crudi ferri maſſis onuſtas naves ad fundum ſubmerſerunt, una cum ſabulo & ingentibus Saxis, donec eum cum aquæ ſuperficie æquaſſent, adeo ut quadratis lapidibus murum ſuperſtruere liceret.

Ejus Altitudo (dicente D. Martinio, qui fatetur ſe Murum non vidiſſe,) eſt 30 Cubitorum Sinicorum; ſive ut ſupra, Cubitus ſit Pede Anglico minor; ſive ut infra,

dicto

dicto Pede ſit major. Latitudinem dicit eſſe 12, & alicubi 15 Cubitorum Sinicorum. Paſſim ad commodas diſtantias defenſionis cauſa ſupra Murum exſurgunt quadratæ Turres munitiſſimæ, unde ad longinquum hoſtes telis petere norunt. Et ita firmiter omnes Saxorum commiſſuræ compaginatæ ſunt, ut nullibi per totum murum clavum ferreum, ut inter juncturas penetret, adigere liceat: id quod Structoribus & Fabris murariis ſub capitali pœna injunctum eſt. Cum autem anxie ab omnibus de hujus muri longitudine diſquiratur, in hoc loco de ea re pauca addere, fortaſſis operæ pretium æſtimabitur. Præmittam vero, juſtam ejus longitudinem accurate definiri non poſſe, utpote quæ hodie ignoretur, nemini niſi Deo nota. Chinenſibus vocatur "*Van-li-ching*, id eſt, *myriadis milliarium murus*, viz. intelliguntur tot *Li* ſeu milliaria Sinica, quæ facerent milliaria Anglica 4004 cum Pedibus Angl. 421½. Sed (dicente Martinio) nomen *Van-li-ching* non veram, ſed prodigioſam ejuſdem

longitudinem notat. Nec quidem D. Martinius (qui multos annos ibi vixit,) prætendit ſe juſtam & exactam ejuſdem longitudinem determinare poſſe. In ejus Mappa Sinica, dictus Murus extenditur per 19 Gradus, ſc. ab 133 ad 153 utrinque excluſive: & in Deſcriptione dicit, *Murum non excedere* 300 *Leucas Germanicas, quorum* 15 *Gradum conficiunt: & totam longitudinem non excedere Gradus* 20; *licet id quod deeſſe ob Parallelorum coarctationem videtur, abunde ſua inflexione & curvitate compenſet. Nam cum* 250 *Li unum Æquatoris Gradum conſtituant, extenderetur ad Gradus* 40, *quod eſt plus quam tota hæc extrema Aſia in longitudinem excurrit. Et Orientalis ejus extremitas ſubit aquas per aliquot Li*, &c. Quod 250 *Li* ſaltem 30 aut 40 milliaribus Anglicis unum Gradum ſuperent, ſupra monſtravimus. Ideoque hic procedemus ſecundum alteram D. Martinii notitiam quam nobis dedit, quod nempe Murus extendatur per 300 Leucas, ſeu 20 Gradus: & quidem 300 Leucæ Germ. faciunt

ciunt milliaria Angl. 1200, p. m. Supponendo igitur milliaria Anglica, quorum menſuram bene novimus, ſequente modo inſtituemus Collationem, ut inveniamus quot *Li* ſeu milliaria dicto numero reſpondeant. Si ſc. uni Gradui numeramus 60 milliaria Anglica, tum huic ſummæ reſpondent Sinica *Li* 149¾ cum 90 Pedibus Sinicis. Et dato quod murus per 20 Gradus extendatur, exurget dicta ſumma vigeſies; nempe 20 Gradibus 60 milliarium Anglicorum, (id eſt 1200 milliaribus Anglicis) reſpondent Sinica *Li* 2996 cum Cubitis Sinicis 360. Et hæc eſt muri longitudo quam D. Martinius deſignare voluit. Si autem ſecundum modernos, uni Gradui numeremus milliaria 69, res paulo aliter ſe habebit: nempe uni ejuſmodi Gradui 69 milliarium Anglicorum, reſpondebunt Sinica *Li* 172¼ cum Pedibus Sinicis 22½. Et ſecundum hunc cenſum, 20 ejuſmodi Gradibus erunt milliaria Anglica 1380, quibus reſpondent Sinica *Li* 3445 cum Pedibus Sinicis 450. Sed ex ſupradictis

con-

constat, D. Martinium muri longitudinem dediſſe ſec. lineam rectam per viam cœlorum, minime computatis curvaturis, quæ adeo magnæ ſunt, ut αὐτόπλης quidam Obſervator Gallus aſſerat, dictum murum aliquibus locis apparere tanquam tres muros, tantas eſſe ejus circuitiones & flexuras per ambitus montium. Philoſophiæ *Cung Fu-çu* (vulgo Confucii) Editores Doctiſſimi, ad calcem Libri notarunt *muri longitudinem complecti* 400 *Leucas Luſitanicas. Si vero muri flexus & montium circuitus conſiderentur, exurget ad Leucas fere* 500. D. Semedo dicit 900 milliaria, re non ſatis perpenſa.

Celeberrimus iſte murus, is eſt qui in Arabicis libris toties celebratur ſub Nomine سد ياجوج ومأجوج *Sud* τῦ *Yagog & Magog*, id eſt, *Agger* τῦ *Gog & Magog*. De eo autem (ut & de aliis rebus longinquis) fabuloſa narrant, ejuſque extructionem (ut & pleraque magnalia) tribuunt Alexandro Bicorni.

Reſtat ut curioſitatis gratia (quia nemo hactenus hæc ſcripto prodidit,) pro Colophone

lophone addam, apud Chinenses Primum novi anni diem semper esse in Novilunio ante vel post Quintum diem Februarii. Ex. gr. anno 1673, novus annus inchoatus est septimo die Februarii. Et in collectione Foliorum herbæ [48]*Cha*, (quæ vulgo dicitur *Tea* seu *The*,) adeo sunt superstitiosi, ut duos tantum in toto anno Dies ejus collectioni aptos faustosque judicent: nempe tertii Mensis tertius Dies, est tempus primum & præcipuum: dein quinti Mensis quintus Dies. Hæcque Foliorum collectio inchoanda est Meridiano tempore præcise hora duodecima; qua quidem hora dictis Diebus multa millia & myriades hominum ad dictorum Foliorum collectionem turmatim prodire solent.

Herbæ جا *Cha* Icon & Historia videri possunt in D. Kircheri *China illustrata*, & in *Atlante*. Qui plura vult de Forma Sinici Anni, qui Astronomis سنة خطاء وايغور *Annus Chataiæ & Oighur*, adeat D. Gravii *Epochas celebriores*, & D. Golii *Additamentum de Chataia*, quod Atlanti subjungitur.

Rectio-

Rectioris pronuntiationis gratia, Lector monendus eſt, in lingua Sinica ch *ſonare ſemper molliter, ut ſolet in vocibus Anglicis:* g *in initio ſemper eſſe molle, in fine ſemper durum: omnem vocem Sinicam, quamvis plures Vocales habeat, eſſe monoſyllabam: deinde vocum Sinicarum Sonos, qui apud alios more Luſitanico ſcribuntur, heic ſcriptioni Anglicæ plerumque conformatos eſſe; ne forte noſtrates hæc Nomina legentes, verorum loco monſtroſa & incondita quædam proferre viderentur. Quæ enim Luſitanice ſcriberentur* Xe, Xim, *&c. ego ſcripſi* She, Shing, *&c. Quia vero Luſitanorum* Ho *ſeu* Hu *fere accedat ad ſonum noſtri* wh, *id non mutavi, ut quantum poſſibile eſſet, hæc noſtra cum eis aliorum Scriptorum conſonare poſſent. Ideoque pro eorum* Hoam, *ſcriptum reliqui* Hoang, *quia non multum abludit ab eo quod quivis Anglus potius ſcriberet & ſonaret* whang. *Ulugh-Begh ex Ditione* Samalhan *prope Sinas Tatarus, de Epocha Sinica (quam Chataicam vocat,) Perſice ſcribens, recte legit* حوڭ Huangh; *quod tamen*

tamen Lat. ejus Interpres male ſonat Chunec, *non ſatis dextre tractans hoc & plurima alia Nomina quæ ex Scientia Sinica facile reſtitui & emendari poſſint. Hæce Monitio utilis eſſe poſſit legentibus Atlantem Sinicum alioſve Libros de Sinis agentes. In illis enim omnia ſcribuntur more Luſitanicæ linguæ, quam quidem addiſcere & callere tenentur ex quavis Gente omnes Patres Miſſionarii, qui ad Sinas ablegantur. Inſuper addo, ad morem illorum qui de rebus Sinicis agunt, Leucam hic accipi pro 4 milliaribus Europæis: Cubitum pro juſto Pede, non autem Seſquipede, ut aliter accipi ſolet: his enim promiſcue utor.*

Cumque teneras curioſi & periti Lectoris aures nihil magis radat eique nauſeam creet, quam prava Vocum pronuntiatio, optandum eſſet ut omnes qui Libros ex una Lingua in aliam transfundunt, eodem nobiſcum utentes conſilio, ſatagerent genuinos exoticorum Nominum Sonos recte formare & accurate exprimere; cum certe boni Interpretis ſit, non tantum rectum

& communem Appellativorum Senſum, ſed & Propriorum Nominum verum Sonum eadem opera traducere & ad Lectorem tranſmittere; ne forte corrupta & vitioſa genuinorum loco exhibendo, eum non tam ducere quam ſeducere videatur. Nam omnia Nomina ſeu rerum Vocabula quibus utimur, ſunt tot Soni: & diverſus Sonus diverſum efficit Nomen, & aliarum quarumvis Vocum appellativam ſignificationem facit diverſam. Si itaque Nomen (ſive Loci, ſive Perſonæ, ſive cujuſvis Rei,) de quo agitur, ſit falſum, tum Quis ſit aut Quid ſit de quo tota narratur hiſtoria, ignoratur. Exempla de eis quæ ex Lingua Luſitanica traducuntur, exhibet tota noſtra Epiſtola. Infinitum eſſet in medium adducere ejuſmodi omnia, quæ in Traductionibus ex Lingua Gallica occurrunt: unum aut alterum ſpeciminis cauſa adjiciam. Ex. gr. id quod in Anglica Traductione legitur Erzerom, *(cum Galli ſuum* e ut a, *&* o *ante* m *aut* n *ut* õ, *ſonent) reſcribendum eſſet* Arzeroum. *Sic* Chaoux *pro* جاوش Chaouſh. *Sed maxime me movet, in Anglicis ex Lingua Gallica Traductionibus*

ductionibus videre ſcriptum Pachi, *&* Pacha, *&* Paſſa. *Qui enim ejuſmodi Voces ex Gallico in Anglicum tranſcribit, debuerat reſcripſiſſe* باشي Baſhi, *&* باشا Baſha, *cum Gallorum* ch *plane ſonet ut Angl.* ſh. *Quod autem ſcribantur per* P *loco* τ̃ B, *ea errandi anſa petita eſt ex converſatione cum Græcis, quorum Hiſtoricas Relationes avide captant alii Scriptitores Europæi. Nam cum Græci Sonos* τ̃ b *&* ſh *tam voce formare quam ſuis Literis exprimere neſciant, coguntur pronuntiare* Paſſa, *&c. ex horum itaque corrupto fonte alii ſuas in hiſce rebus corruptelas hauriunt. Et cum Græcum Alphabetum omnes Sonos Orientales recte exprimere non valeat, id partim in cauſa eſt cur apud eorum Hiſtoricos in Perſicis & Arabicis Virorum & Locorum Nominibus erretur; adeo ut ſi ipſi quorum mentio fit, forte reviviſcerent, ſuum quiſque Nomen ex tali ſcriptione agnoſcere non poſſet.* Vale.

POSTSCRIPTUM.

POstquam hanc Epistolam majori ex parte Typis mandaveram, & videbar mihi eam plane scribendo absolvisse, Chartas & Mappas Sinicas revolvendo, postliminio deprehendi alium adhuc esse Cubitum seu Pedem superioribus majorem, qui merito pro *Tache*, seu *Magna mensura* haberi, & in Agrimensoria pro Pede Geodætico adhiberi debuit. Nuper quidem Cubitum Sinicum $\frac{1}{2}$ Unciæ nostro Pede breviorem, in Geodæsiam venisse existimaveram, ut superius scripsi: sed dictam nostram in hac parte sententiam jam revocandam censeo, statuens Cubitum seu Pedem apud Sinenses esse quadruplicem. Primo, Aurifabrorum, qui (quippe in rebus pretiosioribus adhiberi solitus) est omnium brevissimus, sc. Unciæ $\frac{1}{2}$ brevior Pede Anglico. Secundo, Lignifabrorum, (quo etiam in Sinensium Emporiis maritimis utuntur Mercatores) qui est Unciæ $\frac{1}{2}$ brevior Pede Anglico. Tertio,

Pes

Poſtſcriptum.

Pes ſeu Cubitus D. Martinii in Atlante, (qui eſt *Quon Che* ſeu *Mandarinorum menſura*) duobus præcedentibus longior, fere æquans Pedem Anglicum. Iſtud enim genus hominum qui apud Sinas rerum potiuntur, melius ſibi proſpicere ſatagentes, Cubitum longiuſculum in ſuum uſum aſſumendum curant; cum illorum ſit habere præemptionem omnium mercium exoticarum, quæ per Caravanas in mediterraneas partes advehuntur, & primo adventu ad Aulam Regiam deferri ſolent & debent, ut iſti Aulici omnia quæ volunt præemere poſſint. Cumque Mandarini (quibuſcum D. Martinius in Aula potiſſimum converſatus eſt,) ſupradictum Cubitum tanquam authenticum ei darent, is eorum authoritate fretus, ulterius de tali menſura inquirere ſuperſedit. Nos autem rem paulo altius ſcrutando, jam tandem in Sinenſium Charta Geographica invenimus, præter dictos Cubitos, ſupereſſe adhuc alium Cubitum, qui etiam ex Chinenſis mei authoritate repetita aſſertione, ſolus Cubitus Geodæticus habendus

bendus eſt: quem itaque ad milliaria jam denuo metienda, cum noſtro Pede collatum ibo.

Iſte igitur magnus Cubitus dividitur itidem in 10 *çun*, ſed majores: & in hiſce *çun* Subdiviſio decimalis (ut in reliquis) obſervatur. Adeo ut iſte quartus Cubitus omnium maximus, æquet Anglicum Pedem $1\frac{1}{4}$, id eſt, 15 Uncias Anglicas. Et Chinenſis noſter fidenter & conſtanter affirmat, hujuſmodi Cubitos 5 (non vero 6,) facere Paſſum Sinicum Geometricum; & tales Paſſus 360 facere unum *Li* Sinicum. Secundum hunc itaque Cubitum procedendo, varias menſuræ Sinicæ collationes cum Anglicis inſtituam, & in ſequenti pagella tanquam in Tabula ſubjiciam, ut ſtatim cuivis conferenti, quantum à ſuperioribus diſcrepent, facile comparere poſſit.

Cubitus Sinicus Geodæticus facit Anglicum Pedem $1\frac{1}{4}$ ſeu Uncias 15.

Cubiti 5 dant Paſſum Sinicum, ſeu Anglicos Pedes 6 cum Unciis 3.

Paſſus 360 dant *Li* Sinicum, ſeu Cubitos Sinicos 1800, id eſt, Anglicos Pedes 2250, nempe, Triſtadium Anglicum cum Pedibus Anglicis 270, ſeu 16 Perticas cum 6 Pedibus.

Postscriptum.

P'u dat 10 *Li*, seu Anglicos Pedes 22500, id est, milliaria Anglica 4 cum Stadiis 2 & Pedibus 60.

Octo *P'u* seu 80 *Li* pro itinere diurno, faciunt Anglica milliaria 34 cum Pedibus 480.

Decem *P'u* seu 100 *Li* pro itinere diurno, faciunt Anglica milliaria 42½ cum Pedibus 600.

Li 15, dant Angl. mill. 6 cum Stadiis 3, & Pedib. 90.

Li 16, dant Angl. mill. 6 cum Stadiis 6, & Pedib. 360.

Septendecies 15 *Li* dant Angl. mill. 108 cum Stadiis 5, & Pedibus 210.

Li 250, dant Angl. mill. 105 cum Stadiis 6, & Ped. 186.

Li 255, dant Angl. mill. 107 cum Stadiis 7, & Ped. 216.

Li 1000, dant Angl. mill. 430 cum Stadio 1, & Ped. 60.

Li 10000, dant Angl. mill. 4301 cum Stadiis 2, & Ped. 600 quæ est magni Muri Longit. prædicata, sed non vera.

Anglicum milliare unum habens Angl. Pedes 5280, æquat Sinicos Cubitos 3960, seu Passus Sin. 792, id est, *Li* Sinica 2 cum Passibus Sinicis 72, seu Cubitis Sinicis 360.

Anglica milliaria 9, æquant Sinica *Li* 19, cum Passibus Sinicis 288, seu Cubitis Sin. 1440.

Angl. mill. 10, æquant Sinica *Li* 22.

Angl. milliaria 60. æquant Sinica *Li* 132.

Angl. mill. 69, æquant Sin. *Li* 151 cum Passib. Sin. 288.

Angl. mill. 100 dant Sinica *Li* 220. Angl. mill. 1200 dant Sinica *Li* 2640.

In Dimetiendo terræ Jugera, res sic se habet: viz.

Sinicum *Meu* continet Longit. 16 Passus Sinicos, Latit. 15 Passus Sinicos.

Sinici Passus 16 longitudine æquant Angl. Pedes 100.

Sinici Passus 15 latit. æquant Angl. Pedes 93 cum Unc. 9.

Sinici Passus 16 & 15 in se multiplicati, dant quadratos Cubitos Sinicos 6000, seu terræ spatium dictum *Meu*.

Sinici quadrati Cubiti 6000, conficiunt quadratos Pedes Angl. 9375, qui non accedunt ad Jugeri Angl. à

Sinicum

Postscriptum.

Sinicum *King* continet decies dena *Meu*, sc. 100 *Meu*.

Sinicum *King* in Longitudine habet Sinicos Passus 1600, qui æquant Cubitos Sin. 8000, Pedes Anglicos 10000.

Sinicum *King* in Latit. habet Sinicos Passus 15, qui æquant Cubitos Sin. 75, Pedes Anglicos $93\frac{3}{4}$.

Sinici Passus 16 & 1500 in se multiplicati, dant quadratos Passus Sinicos 24000.

Anglici Pedes 100 & 9375 in se multiplicati, dant quadratos Pedes Anglicos 937500, quæ quidem Area continet terræ Jugera Anglica $21\frac{1}{8}$ cum quadratis Pedibus Anglicis 1850.

Et in hujusmodi Quadraturas China tota olim divisa fuit, ad Tributa & Vectigalia facilius colligenda.

Superiores Cubiti minoris Collationes, non sunt rejiciendæ: nam quamvis non ad terram metiendam, tamen ad varios alios usus inservire poterint.

Insuper Notandum est, quod quamvis apud D. Mart. Cubitus sit multo brevior quam Sinensis mei Cubitus Geodæticus, utriusque tamen Passum non adeo multum differre, cum hujus 5 Cubiti illius 6 Cubitos (ex quibus utrisve fit Passus) non tantum æquent, sed & superent 3 Unciis Anglicis cum plusculo. *Rursus Vale.*

Pro eo qd legitur folio Ss2, pag. alterâ, *Sciendum est Supradictam mensuram* Shing, insere ut sequitur *Sciendum est Sinensium Libram ordinariam dictam* Kin, *continere* 16 *Uncias Sinicas, vel de Troy. Adeò ut Libra Sinica faciat Libram de Troy* 1⅓. *Constat enim* Pataconem *Hispanicum ad Stateram seu Libram Sinicam ponderatum, continere* 7 *Scrupulos et* 3 *Minuta seu Grana, ut sit præcisè Uncia Sinica. Libra inquam Sinica dicta* Kin, *pondere continet* 16 Leam, *qd continet* 10 Cien: *et hoc continet* 10 Fuen, *qd continet* 10 Li: *et hoc continet* 10 Hao, *qd continet* 10 Sù: *et hoc continet* 10 Hoĕ, *qd continet* 10 Vi; *et hoc continet* 10 Sien, *qd continet* 10 Sha: *seu Arenas: et* Sha *continet* 10 Chin *seu pulvisculos. Sed præter &c*

Chin 塵	Sha 沙	Sien 鐵	vi 微	Hoĕ 忽	Sù 絲	Hao 毫	Li 厘	fuen 分	cien 錢	Leam 兩	kin 斤
10											
100	10										
1000	100	10									
10000	1000	100	10								
100000	10000	1000	100	10							
1000000	100000	10000	1000	100	10						
10000000	1000000	100000	10000	1000	100	10					
100000000	10000000	1000000	100000	10000	1000	100	10				
1000000000	100000000	10000000	1000000	100000	10000	1000	100	10			
10000000000	1000000000	100000000	10000000	1000000	100000	10000	1000	100	10		
160000000000	16000000000	1600000000	160000000	16000000	1600000	160000	16000	1600	160	16	

新 *sin novus*
年 *nien annus*
新 *sin nova*
月 *yue luna*
陝 *shen* 36
西 *si*
福 *fo*
建 *kien*
把 *pa*

*城 *ching*

id est, Spithama, quarum duæ dant Che *seu* Cubitum.

舖 pů
里 li 1
步 pu 2
尺 che 5
丈 chang 3
疋 pi 4
寸 çun 6
分 fuen̄ 7
厘 lî 8
毫 hao 9
絲 ſu 10
忽 hoĕ 11
乙 ye 12

寸 çun
大 ta 13
尺 che
官 quon 14
尺 che
小 ſiao 15
尺 che
托 tŏ 16
人 pu 17
畝 meù 18
長 chang 19
十 she
六 lo
步 pu

濶 quŏ 20
十 she
土 u
步 pu
頃 king 21
粟 ſŏ 22
圭 quei 23
撮 ço 24
抄 cháo 25
勺 chŏ 26
合 hŏ 27
升 shing 28
斗 teu 29
斛 hŏ 30

釜 fu 31
石 she 32
庾 yu 33
鐘 chung 34
秉 ping 35
黃 hoang 37
河 ho
崑 quen 38
崙 len
寧 ning 39
夏 hia
衛 hoi
菜 cho 40
夏 chang

成 ching
起 ki
北 çu
氏 chi
遼 liao
東 tung
比 chi
木 mo 41
哥 co
撻 ta
子 çu
鴨 ya 42
六 lo
江 ki-ang

安 ngan 43
芻 çung
江 kiang
朝 chiao 44
鮮 ſian
日 ge 45
本 pen
素 cin 46
筆 chu
長 chang
城 ge
海 hai
新 ſu
里 li